



INSCRIPTIONES GRAECAE

CONSILIO ET AUCTORITATE
ACADEMIAE SCIENTIARUM GERMANICAE
EDITAE

VOLUMINIS IX PARTIS I EDITIO ALTERA
FASCICULUS III

BEROLINI
APUD GUALTERUM DE GRUYTER ET SOCIOS
MCMLXVIII

INSCRIPTIONES GRAECAE

CONSILIO ET AUCTORITATE
ACADEMIAE SCIENTIARUM GERMANICAE
EDITAE

VOLUMINIS IX PARTIS I EDITIO ALTERA
FASCICULUS III

BEROLINI APUD GUALTERUM DE GRUYTER ET SOCIOS
MCMLXVIII

INSCRIPTIONES
GRAECIAE SEPTENTRIONALIS

VOLUMINIBUS VII ET VIII NON COMPREHENSAE

CONSILIO ET AUCTORITATE
ACADEMIAE SCIENTIARUM GERMANICAE
EDITAE

PARS I
INSCRIPTIONES PHOCIDIS LOCRIDIS AETOLIAE
ACARNANIAE INSULARUM MARIS IONII
EDITIO ALTERA

FASCICULUS III

INSCRIPTIONES LOCRIDIS OCCIDENTALIS

EDIDIT
GUENTHERUS KLAFFENBACH

BEROLINI APUD GUALTERUM DE GRUYTER ET SOCIOS
MCMLXVIII

Archiv-Nr. 3406681
Ex typographia Gualteri de Gruyter

PRAEFATIO

En habes ex consilio, quod in praefatione fasciculi secundi enuntiavi, sc. inscriptiones reliquarum quoque regionum separatim singulis fasciculis retractandi, tertium fasciculum inscriptiones Locridis occidentalis comprehendentem. Qui quod nunc demum foras editur tot annis post alterum, prima ut solet causa est cura generalis Inscriptionum Graecarum, tot et tanta officia habens. Accessit autem, quod in hoc fasciculo quattuor tituli sunt intellectu ideoque tractatu vel maxime difficiles (nr. 609. 706. 717. 718). Ceterum tamen fortuna me multum adiuvavit. Optime enim de hac ipsa regione meritus est LUCIEN LERAT, qui librum plenum summa sane doctrina composuit inscriptum *Les Locriens de l'Ouest. I Topographie et Ruines. II Histoire, Institutions, Prosopographie. Paris 1952.* Qui vir doctus, ut est mihi verus amicus, non solum hoc libro, cuius duas partes sub notis 'Lerat I' et 'Lerat II' infra affero, maximo mihi usui erat sed etiam omni alio officio velut ectypis et photographis. Quin etiam cum a. 1960 nonnulla Locridis occidentalis loca post triginta fere annos denuo visitarem, mihi per aliquot dies comes et dux fuit. Accipiat hoc quoque loco gratiam ex animi mei sententia.

Sunt etiam alii, quibus gratiae referendae sint. Inter quos nomino imprimis J. BOUSQUET et G. DAUX, utrumque amicum spectatae fidei, qui sive Athenis sive Delphis optima officia mihi praestiterunt. Sed etiam gratiam debitam habeo collegae semper prompto P. R. FRANKE et ephoro antiquitatum E. MASTROKOSTAS, qui mihi non solum ectypa miserunt sed etiam de titulis quibusdam rogati me edocuerunt. Valde tamen doleo, quod mihi permissum non erat titulum iam diu inventum et maximi sane momenti ad historiam Naupacti illustrandam corpori inscriptionum Locrorum occidentalium inserere. Cuius tituli mentionem fecit Mastrokostas Δελτ. 19, 1964 (1966), B 2—Χρον. 295, et nonnisi ea, quae hoc loco enarrat, reddidi p. IX 76ss. Speremus hunc titulum tandem aliquando editum iri. Beneficio autem viri docti P. M. FRASER debeo ectypa tituli nr. 721 et MUSEI BRITANNICI photographa titulorum nr. 717 et 718. Denique grato animo memini auxilii, quod mihi discipuli mei E. ERXLEBEN et R. KOERNER in typothetarum plagulis corrigendis cum diligentia et iudicio praebuerunt.

Facienda vero sunt verba pauca de iis titulis, quos in hunc fasciculum non recepi. Vetus stela sepulcralis in vico *Vlachomandra* inventa, nunc Agrinii in museo asservata, quam edidit K. A. Rhomaeos, Δελτ. II 1916 παρ. 46 (Peek, *Griech. Vers-Inschr.* I 55), titulis Aetolicis, non cum editore Locricis annumeranda est, cf G. Klaffenbach, *SB Ak. Berl.* 1935, 714[2]; Lerat I 76. II 27; L. H. Jeffery, *The Local Scripts of Archaic Greece* 1961, 225; M. Guarducci, *Epigrafia Greca* I 1967, 212 nr. 1. — Etiam titulus sepulcralis in monasterio S. Demetrii *Kravari* (IG IX 1, 392) Aetoliae attribuendus est; nam regio τὸ Κράβαρι sita est inter fluvios Euenum et Daphnum, cf. W. J. Woodhouse, Aetolia 1897, 40ss.; A. Philippson, *Die griech. Landschaften* II 2 (1958) 304. — Tres alii tituli potius Delphorum sunt, sc. IG IX 1, 324, cf. P. Perdrizet, *BCH* 19, 1895, 385[2]. 23, 1899, 348; titulus SEG 16, 336, de quo vide appendicem nr. 722; titulus Amphissae inventus, quem edidit A.D. Keramopullos, Ἐφ. 1908, 172[1] (cf. Lerat I 179) et quem cum titulo *FD* III 1, 234 (in

Siphniorum thesauro) coniungendum esse G. Daux per litteras (3. 10. 1965) mecum communicavit. — Duo autem tituli, IG IX 1, 986. 987 spurii sunt.

Huic quoque fasciculo additae sunt tabula geographica confecta ad exemplum eius, quam Lerat in fine prioris partis sui libri habet, et tabulae titulorum photographicae, quae satis esse videntur ad illustrandam litteraturae varietatem.

Berolini die III mensis Aprilis a. MCMLXVIII.

Guentherus Klaffenbach

HOC FASCICULO CONTINENTUR

FASTI LOCRORUM OCCIDENTALIUM

Helladicum Vetus. Huic aetati antiquissima Locridis occidentalis incolarum vestigia attribuenda sunt. Detecta sunt prope oppidum *Galaxidi* duobus locis, altera in insula parva *Apsiphia* (L. Lerat et F. Chamoux, *BCH* 71/2, 1947/8, 51 ss.; Lerat I 160 ss. II 11/2), altera c. 800 metra in meridiem versus ab oppido (Cl. Vatin, *BCH* 88, 1964, 559 ss.). Utraque autem sedes ante Helladicum Medium relicta est. Quinam hi incolae fuerint, nescimus; Aristoteles eos Λέλεγας appellavit (frg. 560, Rose). Haud dubie eisdem nomina geographica velut Ἄμφισσα, Ταφιασσός, Φαιστῖνος, Οἰάνθη ascribenda sunt (Lerat II 8).

aetas Mycenaea. Adhuc parva vestigia huius aetatis inventa sunt et quidem partis posterioris (Lerat II 12: '*Rien jusqu' à présent n'est antérieur à l'époque de la koine mycénienne*').

c. 1200. Eae gentes, quas '*Nordwestgriechen*' dicimus, in Graeciam intraverunt, inter eas una cum Boeotis et Phocensibus etiam Locri. Qui occupaverunt eam regionem, quae postea Locris orientalis appellabatur, et ex hac regione crebris colonis deductis (probabiliter per vallem Cephisi et transitum Cytinii) paulatim occidentalem quoque, quae dicebatur, Locridem possederunt (Lerat II 13 ss.). Videtur Amphissa omnium prima condita esse, ex qua sensim in occidentem solem secundum oram processerunt vel e mari oram insederunt. Sed Aetoli fortiter obstiterunt, ita ut Locri non longius in interiores regiones penetrare potuerint. Haud dubie posterioribus demum temporibus oppidum Physcenses propter situm centralem caput factum est.

Quod ad nomen Λοκροί et vulgatum cognomen Ὀζόλαι attinet, non dubium videtur, quin utrumque Graecae originis sit atque cognomen illud cum v. d. Macan ad vocabulum ὄζος referendum et '*Branch-Lokri*' sc. ramus, i. e. coloni, Locrorum (orientalium) interpretandum sit, cf. Lerat II 7.

saec. VIII. Multa sepulcra et vasorum fragmenta huius aetatis in oppido *Galaxidi* inventa sunt, cf. Lerat II 12.

c. 675. Coloniam Locros Epizephyrios a Locris occidentalibus deductam esse non satis constat neque autem improbabile est, cf. Lerat II 22 ss.

altera parte saec. VII. Molycrium a Corinthiis conditum, Thuc. III 102, 2.

in. saec. VI. Μενεκράτης Τλασία Οἰανθεύς proxenus Corcyraeorum, IG IX 1, 867.

480. Cum Persae in Phocidem invaderent, οἱ πλεῦνες αὐτῶν (i. e. Phocensium) ἐς τοὺς Ὀζόλας Λοκροὺς ἐξεκομίσαντο, ἐς Ἄμφισσαν πόλιν τὴν ὑπὲρ τοῦ Κρισαίου πεδίου οἰκεομένην, Herod. VIII 32, 2. Etiam pars Delphorum ἐς Ἄμφισσαν τὴν Λοκρίδα ὑπεξῆλθον, ibid. 36, 2.

priore parte saec. V (ante 460). Opuntii (Locri Hypocnemidii) ἐποικίαν Naupactum deduxerunt, cuius Chalienses quoque participes fuerunt, nr. 718.

brevi ante 460/59. Athenienses Naupactum ex Locris expugnaverunt, cf. Thuc. I 103, 3 (460/59): Ναύπακτον – – ἣν ἔτυχον ᾑρηκότες νεωστὶ Λοκρῶν τῶν Ὀζολῶν (sc. οἱ Ἀθηναῖοι); fortasse tum temporis etiam vicinum Molycrium occupaverunt, quod saltem a. 426 in dicione Atheniensium fuit (Thuc. III 102, 2). Contra Diodorus XI 84, 7 expugnationem Naupacti et translationem Messeniorum a. 456/5 tribuit, cf. infra ad a. 460/59.

460/59. Messenii in monte Ithome obsessi, cum Lacedaemoniis se dedissent, ἐξῆλθον – – αὐτοὶ καὶ παῖδες καὶ γυναῖκες, καὶ αὐτοὺς οἱ Ἀθηναῖοι δεξάμενοι κατὰ ἔχθος ἤδη τὸ Λακεδαιμονίων ἐς Ναύπακτον κατῴκισαν, Thuc. I 102, 3; cf. Diod. XV 66, 5; Paus. IV 24,7. X 38, 10. De tempore cf. G. Klaffenbach, Historia I 1950, 231 ss. Neque autem Naupactios expulsos esse docent et communis dedicatio Messeniorum et Naupactiorum Olympiae facta (nr. 656; cf. Lerat II 35) et titulus adhuc ineditus, e quo apparet sympolitiam quandam inter utrumque populum initam esse. Eodem titulo certiores fimus summam deam Ἀθάναν τὰν Πολιάδα fuisse. Alios autem deos commemorat Pausanias, Δία τὸν Ἰθω-

μάταν (IV 33, 2: τὸ δὲ ἄγαλμα τοῦ Διὸς [τοῦ Ἰθωμάτα in monte Ithome] Ἀγελάδα μέν ἐστιν ἔργον, ἐποιήθη δὲ ἐξ ἀρχῆς τοῖς οἰκήσασιν ἐν Ναυπάκτῳ Μεσσηνίων, cf. Pfuhl, *RE* VII 2193/4) et Ἄρτεμιν τὴν Λαφρίαν (IV 31, 7: Καλυδωνίοις ἡ Ἄρτεμις -- ἐπίκλησιν εἶχε Λαφρία· Μεσσηνίων δὲ οἱ λαβόντες Ναύπακτον παρὰ Ἀθηναίων — τηνικαῦτα γὰρ Αἰτωλίας ἐγγύτατα ᾤκουν — παρὰ Καλυδωνίων ἔλαβον).

c. 460. Μέναιχμος et Σοΐδας artifices Naupactii statuam Dianae Laphriae Calydone cultae fecerunt, Paus. VII 18, 10, cf. H. Brunn, *Gesch. Gr. Künstl.*[2] I 80; Lippold, *RE* XV 701/2 nr. 4.

inter 459 et 453. Messenii Naupacti consistentes Oeniadas occupaverunt et per annum fere tenebant, tum autem ab Acarnanibus obsessi octavo mense excursione facta per Aetolos eis faventes Naupactum redierunt, cf. Fast. Acarn. p. X 87 ss.; eos, qui tempus posterius praeferunt, sequitur etiam Lerat II 36 (inter 454 et 438).

priore parte saec. V. Pactum inter Chalienses et Oeanthenses, nr. 717.

inter med. fere saec. V et 426. Inimicitiae inter incolas Naupacti et Aetolos ortae sunt, nam hi a. 426 Ναυπάκτῳ πολέμιοι ὄντες dicuntur (Thuc. III 94, 3).

448. Ad commune omnium Graecorum concilium Athenis habendum etiam Locri occidentales a Pericle invitati sunt, cf. Plut. Pericl. 17, 2: ἐκ δὲ ταύτης (i. e. Πελοποννήσου) διὰ Λοκρῶν ἐπὶ τὴν πρόσοικον ἤπειρον ἕως Ἀκαρνανίας καὶ Ἀμβρακίας ἀπεστάλησαν (legati Atheniensium). Vide etiam Fast. Acarn. p. XI 39 ss.; Lerat II 36.

431. Inter socios Lacedaemoniorum a Thucydide II 9,2 etiam Λοκροί enumerantur, sed sine dubio Locri orientales denotantur, id quod etiam Diodorus confirmat, a quo Locri sic recensentur XII 42, 4: Λοκροὶ τῶν μὲν πρὸς Εὔβοιαν ἐστραμμένων οἱ πλείους. Quod autem addit: τῶν δ' ἄλλων Ἀμφισσεῖς, per errorem fecit, cf. Ed. Meyer, *Gesch. d. Alt.* IV 2[4], 26[1]; Oldfather, *RE* XIII 1197; Lerat II 37. Videntur igitur Locri occidentales primo neutri parti se adiunxisse (usque ad a. 426, cf. infra). Fecerunt autem cum Atheniensibus Μεσσήνιοι οἱ ἐν Ναυπάκτῳ (Thuc. II 9, 4; Diod. XII 42, 5).

430 et 429. Ex ineunti hieme 430/29 Phormio Atheniensis Naupacti cum viginti navibus in statione erat (Thuc. II 69, 1). Rem autem gessit prospere aestate 429 adversus classem Peloponnesiacam (Thuc. II 83—92; Diod. XII 48).

Quas propter victorias Athenienses Theseo et Neptuno ἐπὶ τῷ ὀνομαζομένῳ Ῥίῳ sacrificium fecerunt, Paus. X 11, 6.

hieme 429. Phormio ex expeditione contra Acarnanes facta, cuius et quattuor milia Messeniorum participes fuerunt (Thuc. II 102, 1), Naupactum rediit ibique usque ad ver anni 428 mansit (ibid. 103, 1).

aestate 428. Asopius, Phormionis filius, ab Atheniensibus praetor missus ἔχων δώδεκα (sc. naves) ἀφικνεῖται ἐς Ναύπακτον, Thuc. III 7, 3.

aestate 427. Νικόστρατος ὁ Διειτρέφους, Ἀθηναίων στρατηγός, παραγίγνεται (Corcyram, ubi bellum intestinum ortum erat) βοηθῶν ἐκ Ναυπάκτου δώδεκα ναυσὶ καὶ Μεσσηνίων πεντακοσίοις ὁπλίταις, Thuc. III 75, 1.

aestate 426. Demosthenes, praetor Atheniensium, cum Leucade rem gereret, inter socios etiam παρὰ Μεσσηνίων τῶν ἐν Ναυπάκτῳ στρατιώτας secum habebat, Diod. XII 60, 1. Δημοσθένης δ' ἀναπείθεται κατὰ τὸν χρόνον τοῦτον ὑπὸ Μεσσηνίων ὡς καλὸν αὐτῷ στρατιᾶς τοσαύτης ξυνειλεγμένης Αἰτωλοῖς ἐπιθέσθαι, Ναυπάκτῳ τε πολεμίοις οὖσι, Thuc. III 94, 3. Itaque a Messeniis quoque adiutus ἐστράτευσεν ἐπ' Αἰτωλούς. ὡρμᾶτο δὲ ἐξ Οἰνεῶνος τῆς Λοκρίδος. οἱ δὲ Ὀζόλαι οὗτοι Λοκροὶ ξύμμαχοι ἦσαν, καὶ ἔδει αὐτοὺς πανστρατιᾷ ἀπαντῆσαι τοῖς Ἀθηναίοις ἐς τὴν μεσόγειαν· ὄντες γὰρ ὅμοροι τοῖς Αἰτωλοῖς καὶ ὁμόσκευοι μεγάλη ὠφελία ἐδόκουν εἶναι ξυστρατεύοντες μάχης τε ἐμπειρίᾳ τῆς ἐκείνων καὶ χωρίων, ibid. 95, 2—3. Demosthenes praedam primis diebus partam ἐς Εὐπάλιον τῆς Λοκρίδος ἀπέπεμψεν, 96, 2. Sed cum τοὺς Λοκροὺς οὐκ ἀναμείνας οὓς αὐτῷ ἔδει προσβοηθῆσαι (97, 2) expeditionem irritam reddidisset, Naupactum rediit et περὶ Ναύπακτον καὶ τὰ χωρία ταῦτα ὑπελείφθη τοῖς πεπραγμένοις φοβούμενος τοὺς Ἀθηναίους (98, 5).

autumni flexu 426. Petentibus Aetolis σφίσι πέμψαι στρατιὰν ἐπὶ Ναύπακτον διὰ τὴν τῶν Ἀθηναίων ἐπαγωγὴν -- ἐξέπεμψαν Λακεδαιμόνιοι περὶ τὸ φθινόπωρον τρισχιλίους ὁπλίτας τῶν ξυμμάχων. -- Σπαρτιάτης δ' ἦρχεν Εὐρύλοχος τῆς στρατιᾶς, καὶ ξυνηκολούθουν αὐτῷ Μακάριος καὶ Μενεδάϊος οἱ Σπαρτιᾶται. ξυλλεγέντος δὲ τοῦ στρατεύματος ἐς Δελφοὺς ἐπεκηρυκεύετο Εὐρύλοχος Λοκροῖς τοῖς Ὀζόλαις· διὰ τούτων γὰρ ἡ ὁδὸς ἦν ἐς Ναύπακτον, καὶ

ἅμα τῶν Ἀθηναίων ἐβούλετο ἀποστῆσαι αὐτούς. ξυνέπρασσον δὲ μάλιστα αὐτῷ τῶν Λοκρῶν Ἀμφισσῆς διὰ τὸ τῶν Φωκέων ἔχθος δεδιότες· καὶ αὐτοὶ πρῶτοι δόντες ὁμήρους καὶ τοὺς ἄλλους ἔπεισαν δοῦναι φοβουμένους τὸν ἐπιόντα στρατόν, πρῶτον μὲν οὖν τοὺς ὁμόρους αὐτοῖς Μυονέας (ταύτῃ γὰρ δυσεσβολώτατος ἡ Λοκρίς), ἔπειτα Ὑπνιέας (corr. J. Bousquet apud G. Daux, *BCH* 1939, 167; L. Lerat, *BCH* 1946, 332) καὶ Μεσσαπίους καὶ Τριταιέας καὶ Χαλαίους καὶ Τολοφωνίους καὶ Ἰσίους (corr. Vischer, cf. Lerat, l. c.) καὶ Οἰανθέας. οὗτοι καὶ ξυνεστράτευον πάντες. Ἀλπαῖοι (corr. Nikitsky, cf. Lerat I 14) δὲ ὁμήρους μὲν ἔδοσαν, ἠκολούθουν δὲ οὔ· καὶ Ὑαῖοι οὐκ ἔδοσαν ὁμήρους πρὶν αὐτῶν εἷλον κώμην Πόλιν ὄνομα ἔχουσαν. ἐπειδὴ δὲ παρεσκεύαστο πάντα καὶ τοὺς ὁμήρους κατέθετο ἐς Κυτίνιον τὸ Δωρικόν, ἐχώρει τῷ στρατῷ ἐπὶ τὴν Ναύπακτον διὰ τῶν Λοκρῶν, καὶ πορευόμενος Οἰνεῶνα αἱρεῖ αὐτῶν καὶ Εὐπάλιον· οὐ γὰρ προσεχώρησαν. γενόμενοι δ' ἐν τῇ Ναυπακτίᾳ καὶ οἱ Αἰτωλοὶ ἅμα ἤδη προσβεβοηθηκότες, ἐδῄουν τὴν γῆν καὶ τὸ προάστειον ἀτείχιστον ὂν εἷλον· ἐπί τε Μολύκρειον ἐλθόντες, τὴν Κορινθίων μὲν ἀποικίαν, Ἀθηναίων δὲ ὑπήκοον, αἱροῦσιν. Δημοσθένης δὲ ὁ Ἀθηναῖος (ἔτι γὰρ ἐτύγχανεν ὢν μετὰ τὰ ἐκ τῆς Αἰτωλίας περὶ Ναύπακτον) προαισθόμενος τοῦ στρατοῦ καὶ δείσας περὶ αὐτῆς, ἐλθὼν πείθει Ἀκαρνᾶνας -- βοηθῆσαι Ναυπάκτῳ. καὶ πέμπουσι μετ' αὐτοῦ ἐπὶ τῶν νεῶν χιλίους ὁπλίτας, οἳ ἐσελθόντες περιεποίησαν τὸ χωρίον. δεινὸν γὰρ ἦν μή, μεγάλου ὄντος τοῦ τείχους, ὀλίγων δὲ τῶν ἀμυνομένων, οὐκ ἀντίσχωσιν. Εὐρύλοχος δὲ καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ὡς ᾔσθοντο τὴν στρατιὰν ἐσεληλυθυῖαν καὶ ἀδύνατον ὂν τὴν πόλιν βίᾳ ἑλεῖν, ἀνεχώρησαν οὐκ ἐπὶ Πελοποννήσου, ἀλλ' ἐς τὴν Αἰολίδα τὴν νῦν καλουμένην, Καλυδῶνα καὶ Πλευρῶνα καὶ τὰ ταύτῃ χωρία, Thuc. III 100—102, 5; Diod. XII 60, 2—3; cf. Lerat II 39/40.

hieme 426. Demosthenes cum Acarnanes contra Ambraciotas adiuvaret, inter alios ducentos hoplitas Messeniorum secum habebat (Thuc. III 107, 1).

Ambraciotis victis οἱ ἐν ταῖς εἴκοσι ναυσὶν Ἀθηναῖοι, qui expeditionis participes fuerant (naves ἔτυχον περὶ Πελοπόννησον οὖσαι, ὧν ἦρχεν Ἀριστοτέλης τε ὁ Τιμοκράτους καὶ Ἱεροφῶν ὁ Ἀντιμνήστου) ἐς Ναύπακτον ἀπῆλθον, Thuc. III 114, 2, cf. 105, 3.

aestate 425. Messenii et, ut videtur, etiam Naupactii, illi Comone duce, interfuerunt rei ab Atheniensibus ad Pylum contra Lacedaemonios praeclare gestae (cf. Thuc. IV 9, 1. 36, 1—2; Diod. XII 63, 5; Paus. IV 26, 1—2) καὶ οἱ ἐκ τῆς Ναυπάκτου Μεσσήνιοι ὡς ἐς πατρίδα ταύτην (ἔστι γὰρ ἡ Πύλος τῆς Μεσσηνίδος ποτὲ οὔσης γῆς) πέμψαντες σφῶν αὐτῶν τοὺς ἐπιτηδειοτάτους ἐλῄζοντό τε τὴν Λακωνικὴν καὶ πλεῖστα ἔβλαπτον ὁμόφωνοι ὄντες, Thuc. IV 41, 2. Qua ex praeda Olympiae (et Delphis?) notam illam dedicationem obtulisse videntur, cf. ad nr. 656.

autumno 425. οἱ ἐν τῇ Ναυπάκτῳ Ἀθηναῖοι Acarnanes in expugnanda Corinthiorum colonia Anactorio adiuverunt (Thuc. IV 49, cf. Fast. Acarn. p. XIV 30 ss.).

aestate 424. Δημοσθένης Ἀθηναίων στρατηγὸς (qui hieme 426 Athenas redierat) τεσσαράκοντα ναυσὶν ἀφικνεῖται ἐς Ναύπακτον (Thuc. IV 76, 1), ὅπως ἐξ ἐκείνων τῶν χωρίων στρατὸν ξυλλέξας Ἀκαρνάνων τε καὶ τῶν ἄλλων ξυμμάχων πλέοι ἐπὶ τὰς Σίφας (Thespiensium), ibid. 77, 1.

aestate 421. καὶ Φωκῆς καὶ Λοκροὶ ἤρξαντο πολεμεῖν, Thuc. V 32, 2. Plura de hoc bello sub a. 418/7 tradit Diodorus XII 80, 4: ἐγένετο δὲ καὶ ἑτέρα κίνησις κατὰ τὴν Ἑλλάδα· καὶ Φωκεῖς γὰρ πρὸς Λοκροὺς διενεχθέντες παρατάξει ἐκρίθησαν διὰ τὴν οἰκείαν ἀνδρείαν· ἐνίκησαν γὰρ Φωκεῖς ἀνελόντες Λοκρῶν πλείους χιλίων. Probabiliter de Locris occidentalibus agitur, cf. F. Schober, *Phokis* (1924), 65; Oldfather, *RE* XIII 1200; Lerat II 40/1.

418. πέμπουσι δὲ (Lacedaemonii brevi ante pugnam ad Mantineam factam) καὶ ἐς τὴν Κόρινθον καὶ Βοιωτοὺς καὶ Φωκέας καὶ Λοκρούς, βοηθεῖν κελεύοντες κατὰ τάχος ἐς Μαντίνειαν. ἀλλὰ τοῖς μὲν ἐξ ὀλίγου τε ἐγίγνετο καὶ οὐ ῥᾴδιον ἦν μὴ ἀθρόοις καὶ ἀλλήλους περιμείνασι διελθεῖν τὴν πολεμίαν (ξυνέκληε γὰρ διὰ μέσου), ὅμως δὲ ἠπείγοντο, Thuc. V 64, 4. Inter quos num etiam Locri occidentales intellegendi sint, incertum est.

413. ἀφικόμενος ὁ Δημοσθένης (in Siciliam navigans) εἰς τὴν Ζάκυνθον καὶ Κεφαλληνίαν ὁπλίτας τε παρέλαβε καὶ ἐκ τῆς Ναυπάκτου τῶν Μεσσηνίων μετεπέμψατο, καὶ ἐς τὴν ἀντιπέρας ἤπειρον τῆς Ἀκαρνανίας διέβη, ἐς Ἀλύζειάν τε καὶ Ἀνακτόριον, Thuc. VII 31,2. Cum ibi moraretur et Eurymedo e Sicilia venisset, ἀφικνεῖται -- Κόνων παρ' αὐτούς, ὃς ἦρχε Ναυπάκτου, ἀγγέλλων ὅτι αἱ πέντε καὶ εἴκοσι νῆες τῶν Κορινθίων αἱ σφίσιν (sc. Atheniensibus) ἀνθορμοῦσαι οὔτε καταλύουσι ναυμαχεῖν τε μέλλουσιν· πέμπειν οὖν ἐκέλευεν αὐτοὺς ναῦς, ὡς οὐχ ἱκανὰς οὔσας δυοῖν δεούσας εἴκοσι τὰς ἑαυτῶν πρὸς τὰς ἐκείνων πέντε καὶ εἴκοσι ναυμαχεῖν. τῷ μὲν οὖν Κόνωνι δέκα ναῦς ὁ Δημοσθένης καὶ ὁ Εὐρυμέδων τὰς ἄριστα

σφίσι πλεούσας ἀφ' ὧν αὐτοὶ εἶχον ξυμπέμπουσι πρὸς τὰς ἐν τῇ Ναυπάκτῳ, ibid. 4—5.

altera parte saec. V. Πρόξενος Χαλκ[ιδέος] Χαλ[ειεύς?] proxenus Atheniensium, IG I^2 146; de alio supplemento cf. SEG XII 36.

400. Lacedaemonii ἐστράτευσαν ἐπὶ Μεσσηνίους, ὧν οἱ μὲν ἐν Κεφαλληνίᾳ φρούριόν τι κατῴκουν, οἱ δὲ Ναύπακτον ἐν τοῖς προσεσπερίοις λεγομένοις Λοκροῖς, δόντων 'Αθηναίων. ἐκβαλόντες δ' αὐτοὺς ἐκ τῶν τόπων ἀπέδωκαν τὰ φρούρια, τὸ μὲν τοῖς τὴν Κεφαλληνίαν οἰκοῦσι, τὸ δὲ τοῖς Λοκροῖς, Diod. XIV 34, 2, cf. Paus. IV 26, 2. X 38, 10.

395. [Controversia finium inter Locros et Phocenses a Thebanis mota (Xenoph. Hell. III 5, 3—4; Hell. Oxy. 18, 2—4 Bart.; Paus. III 9, 9—10) maiore cum probabilitate ad Locros Opuntios (Xenoph.) referenda est, cf. Lerat II 42/3. 239.]

aestate 395. Foedus inter Locros et Athenienses ictum, IG II/III^2 15, cf. Tod, *Greek. Hist. Inscr.* II 102; Bengtson, *Staatsverträge* II 224. Locros utrosque bello Corinthio a partibus Atheniensium et Boeotorum stetisse testantur Xenoph. Hell. IV 2, 17. 3, 15; Ages. II 6; Plut. Apophth. Lac. 212 *A*.

aestate 394. Pugnis et ad flumen Nemeam et ad Coroneam commissis Locri quoque occidentales interfuerunt, cf. locos supra v. 22s. allatos.

389. Aetoli ἤλπιζον -- Ναύπακτον αὐτοῖς συμπράξειν (Agesilaum) ὥστ' ἀπολαβεῖν, Xenoph. Hell. IV 6, 14. Suo iure Lerat (II 44/5, cf. etiam I 39) contendit Naupactum tunc temporis nondum Achaeorum fuisse, ut cum aliis sumit J. A. O. Larsen, *Studies Robinson* II 807, sed etiam tum Locrorum, cf. etiam Swoboda, *Staatsaltert.* 372 ^{9}. Fuit autem a. 367 Achaeorum (vide infra v. 58ss.). Itaque haud sine probabilitate sumendum est urbem brevi post a. 389 in dicionem Achaeorum venisse (Lerat II 45).

post 386. Post pacem Antialcidae etiam Locros occidentales sub Lacedaemoniorum imperium cecidisse pro certo habendum est, cf. infra v. 44ss., vide etiam Oldfather, *RE* XIII 1202; Lerat II 45.

378. Lacedaemonii τάς τε πόλεις καὶ τοὺς καταλεγομένους στρατιώτας εἰς τὸν πόλεμον διεῖλαν εἰς δέκα μέρη -- ἐνάτην δὲ (μερίδα ἐπλήρουν) Φωκεῖς καὶ Λοκροί (sc. utrique), Diod. XV 31, 2. Ed. Meyer, *Gesch. d. Alt.* V^4 300/1 et Bengtson, *Gr. Gesch.*^{3} 265 hanc discriptionem iam a. 382 attribuunt.

ante 373. E narratione, quam Polyaenus VIII 46 tradit, compertum habemus hoc tempore in oppido Oeanthea tyrannum nomine Phricodemum fuisse, cf. etiam Lerat II 45/6.

370. Thebani Φωκεῖς καὶ Αἰτωλοὺς καὶ Λοκρούς sibi conciliaverunt (Diod. XV 57, 1). Utrosque Locros intellegendos esse apparet infra e v. 55ss.

hieme 370/69. Boeotis cum Epaminonda duce in Peloponnesum invaderent, ἠκολούθουν -- καὶ Λοκροὶ ἀμφότεροι, Xenoph. Hell. VI 5, 23, cf. Ages. II 24 et Diod. XV 62, 4.

367. 'Επαμεινώνδας -- Ναύπακτον καὶ Καλυδῶνα φρουρουμένην ὑπ' 'Αχαιῶν ἠλευθέρωσεν, Diod. XV 75, 2; sine dubio Naupactus Locris reddita est (Oldfather, *RE* XIII 1203; Lerat II 46). Fortasse tum commune Locrorum occidentalium Epaminonda auctore conditum est, cf. Lerat II 57. Ut autem Amphictyonum catalogi docent, in quibus modo 'Εσπέριοι modo 'Αμφισσεῖς vocem Locrorum occidentalium gerunt, statim ab initio Amphissenses peculiari quadam condicione usi esse videntur, cf. Lerat II 57 ss.

c. 365—356. In thearodocorum Epidauriorum stela IG IV^2 1,95$_{4-6}$ recensentur:

'Αμφίσσαι· Ξενοκράτης.
Οἰανθέαι· Θεαρῖνος.
Ναύπακτος· Νέων.

aestate 362. Locri (sc. utrique) pugnae ad Mantineam factae interfuerunt, Diod. XV 85, 2.

autumno 358. Λοκροὶ 'Εσπέριοι obtulerunt 750 drachmas ad novum Apollinis Pythii templum ab Amphictyonibus exstruendum, ἥνικε 'Ορόγκ[ι]ος, *FD* III 5, 4 III$_{46}$; de tempore cf. J. Pouilloux, *BCH* 1949, 192 ss. Fortasse est prima mentio communis Locrorum occidentalium, cf. Lerat II 56.

ante 357/6. [Probabiliter Lerat II 49/50 foedus Atheniensium et Locrorum IG II/III^2 148 (Bengtson, *Staatsverträge* II 311) tempori, quod est ante Tertium Bellum Sacrum, tribuit. Utris de Locris agatur, incertum est, sed Locri Opuntii praeferendi videntur.]

aestate 356. διαβοηθείσης δὲ τῆς περὶ τὸ ἱερὸν (Apollinis Pythii a Philomelo perfectae) καταλήψεως Λοκροὶ μὲν οἱ πλησίον οἰκοῦντες (sc. Amphissenses, cf. Lerat II 47) παραχρῆμα ἐστράτευσαν ἐπὶ τὸν Φιλόμηλον. γενομένης δὲ περὶ Δελφοὺς μάχης οἱ μὲν

Λοκροὶ λειφθέντες καὶ πολλοὺς ἀποβαλόντες τῶν στρατιωτῶν ἔφυγον εἰς τὴν οἰκείαν, Diod. XVI 24, 4.

356 aut 355. μετὰ δὲ ταῦτα (i. e. Delphis munitis et militibus mercede conductis) στρατεύσας (sc. Φιλόμηλος) εἰς τὴν τῶν Λοκρῶν (sc. occidentalium) χώραν καὶ πολλὴν τῆς πολεμίας γῆς δῃώσας κατεστρατοπεδεύσατο πλησίον ποταμοῦ τινος (probabiliter ὁ Κατσιποκνίκτης, C. Bursian, *Geographie* I 143) ῥέοντος παρὰ φρούριον ὀχυρόν (haud dubie Amphissam). τούτῳ δὲ προσβολὰς ποιησάμενος καὶ μὴ δυνάμενος ἑλεῖν τῆς μὲν πολιορκίας ἀπέστη, πρὸς δὲ τοὺς Λοκροὺς συνάψας μάχην ἀπέβαλε τῶν στρατιωτῶν εἴκοσι καὶ τῶν νεκρῶν οὐ δυνηθεὶς κρατῆσαι τὴν ἀναίρεσιν αὐτῶν διὰ κήρυκος ᾐτήσατο. οἱ δὲ Λοκροὶ τὴν ἀναίρεσιν οὐ συγχωροῦντες ἀπόκρισιν ἔδωκαν ὅτι παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι κοινὸς νόμος ἐστὶν ἀτάφους ῥίπτεσθαι τοὺς ἱεροσύλους. ὁ δὲ Φιλόμηλος χαλεπῶς φέρων τὸ συμβεβηκὸς συνῆψε μάχην τοῖς Λοκροῖς καὶ πᾶσαν εἰσενεγκάμενος φιλοτιμίαν ἀνεῖλέ τινας τῶν πολεμίων καὶ τῶν σωμάτων κυριεύσας ἠνάγκασε τοὺς Λοκροὺς ἀλλαγὴν ποιήσασθαι τῶν νεκρῶν. κρατῶν δὲ τῶν ὑπαίθρων καὶ πολλὴν πορθήσας τῆς Λοκρίδος ἐπανῆλθεν εἰς Δελφοὺς ἐμπεπληκὼς ὠφελείας τοὺς στρατιώτας, Diod. XVI 25, 2—3, cf. Lerat II 47/8.

355. τῶν δὲ Λοκρῶν στρατευσάντων ἐπ᾽ αὐτὸν (sc. Φιλόμηλον) ἐγένετο μάχη περὶ τὰς Φαιδριάδας καλουμένας πέτρας, ἣν νικήσας ὁ Φιλόμηλος πολλοὺς μὲν ἀνεῖλε τῶν πολεμίων, οὐκ ὀλίγους δ᾽ ἐζώγρησε, τινὰς δὲ κατὰ τῆς πέτρας συνηνάγκασεν ἑαυτοὺς κατακρημνίσαι, Diod. XVI 28, 3, cf. Lerat II 48, qui hanc narrationem diversam putat ab illa Diodori XVI 24, 4 (supra p. XII$_{88\,ss.}$), iure ut videtur, cf. etiam Bengtson, *Gr. Gesch.*^{3} 302.

354. Onomarchus Ἀμφισσεῖς καταπληξάμενος ἠνάγκασεν ὑποτάττεσθαι, Diod. XVI 33, 3.

post 354. Narrationem Plutarchi, quam Mor. 249 *E. F* de Thyiadibus Amphissae in foro collapsis affert, huic tempori tribuit Lerat II 49[1].

— Ἄγεμος Λύσωνος Ναυπάκτιος thearodocus Epidauriorum, IG IV^2 1, 95$_{54}$.

346(?). Παυσανίας Θεσσαλὸς καὶ οἱ μετ᾽ αὐτοῦ ὅρους (sc. terrae sacrae Apollinis Pythii) ἐποίησαν, quod iudicium Amphissensibus commodum fuit, Syll.^{3} 826 *E* (col. II 29/30). Tempus in controversia est, sed G. Daux, *Delphes* 378 ss. anno 346 fidem fecit, cf. etiam Lerat II 52.

ante 341. Naupactus ab Achaeis recuperata est; nam Demosthenes IX 34 (in oratione a. 341 habita) de Philippo dicit: οὐχ Ἀχαιῶν Ναύπακτον ὀμώμοκεν Αἰτωλοῖς παραδώσειν; Quando Achaei hoc fecerint, ignotum est; probabiliter Lerat II 49 de tempore Tertii Belli Sacri cogitat.

ante 340. Amphissenses ad Thebanos se applicaverunt, nam a. 340 Aeschines III 116 de eis dicit: ὑποπεπτωκότες καὶ δεινῶς θεραπεύοντες τοὺς Θηβαίους.

autumno 340. Amphissenses in consilio Amphictyonum εἰσέφερον δόγμα –– πεντήκοντα ταλάντοις ζημιῶσαι τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων, ὅτι χρυσᾶς ἀσπίδας ἀνέθηκεν πρὸς τὸν καινὸν νεὼν πρὶν ἐξαράσασθαι inscripto titulo: Ἀθηναῖοι ἀπὸ Μήδων καὶ Θηβαίων, ὅτε τἀναντία τοῖς Ἕλλησιν ἐμάχοντο. Pro aegroto hieromnemone Atheniensium Diogneto Aeschines, unus e tribus pylagoris, irritatus sermone contumelioso Amphissensis cuiusdam (probabiliter hieromnemonis Callicronis, Lerat II 52[1]) invicem Amphissenses accusavit propter ἐξειργασμένον τὸ Κιρραῖον πεδίον –– καὶ κεραμεῖα ἐνῳκοδομημένα καὶ αὔλια et τὸν ἐξάγιστον καὶ ἐπάρατον λιμένα τετειχισμένον, Aeschin. III 113—122, cf. Demosth. XVIII 149—150. Amphictyones autem in posterum diem expeditionem indixerunt, qua opera Amphissensium delerent cuique non solum omnes hieromnemones et pylagori sed etiam Delphorum incolae interesse deberent (Aeschin. III 122). Qua de expeditione Aeschines III 123 haec narrat: τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἥκομεν ἕωθεν εἰς τὸν προειρημένον τόπον (τὸ Θυτεῖον; de probabili situ cf. Bursian, *Geographie* I 179) καὶ κατέβημεν εἰς τὸ Κιρραῖον πεδίον, καὶ τὸν λιμένα κατασκάψαντες καὶ τὰς οἰκίας ἐμπρήσαντες ἀνεχωροῦμεν. ταῦτα δὲ ἡμῶν πραττόντων οἱ Λοκροὶ οἱ Ἀμφισσεῖς, ἑξήκοντα στάδια ἄπωθεν οἰκοῦντες Δελφῶν, ἧκον πρὸς ἡμᾶς μεθ᾽ ὅπλων πανδημεί· καὶ εἰ μὴ δρόμῳ μόλις ἐξεφύγομεν εἰς Δελφούς, ἐκινδυνεύσαμεν ἀπολέσθαι, cf. etiam Demosth. XVIII 151, qui addit: (οἱ Λοκροὶ) τινὰς δὲ καὶ συνήρπασαν τῶν ἱερομνημόνων. Postero die constitutum est ἥκειν τοὺς ἱερομνήμονας πρὸ τῆς ἐπιούσης πυλαίας ἐν ῥητῷ χρόνῳ εἰς Πύλας, ἔχοντας δόγμα, καθ᾽ ὅ τι δίκην δώσουσιν οἱ Ἀμφισσεῖς, Aeschin. III 124.

vere 339. Amphictyones praeter Athenienses et Thebanos συνελέγησαν εἰς Πύλας –– καὶ συνελθόντες ἐψηφίσαντο ἐπιστρατεύειν ἐπὶ τοὺς Ἀμφισσέας, καὶ στρατηγὸν εἵλοντο Κόττυφον τὸν Φαρσάλιον τὸν τότε τὰς γνώμας ἐπιψηφίζοντα. –– καὶ παρελθόντες

τῇ πρώτῃ στρατείᾳ καὶ μάλα μετρίως ἐχρήσαντο τοῖς Ἀμφισσεῦσιν· ἀντὶ γὰρ τῶν μεγίστων ἀδικημάτων χρήμασιν αὐτοὺς ἐζημίωσαν, καὶ ταῦτ' ἐν ῥητῷ χρόνῳ προεῖπον τῷ θεῷ καταθεῖναι, καὶ τοὺς μὲν ἐναγεῖς καὶ τῶν πεπραγμένων αἰτίους μετεστήσαντο, τοὺς δὲ δι' εὐσέβειαν φυγόντας κατήγαγον, Aesch. III 128—129, cf. Demosth. XVIII 151.

autumno 339. ἐπειδὴ δὲ (Amphissenses) οὔτε τὰ χρήματα ἐξέτινον τῷ θεῷ τούς τ' ἐναγεῖς κατήγαγον καὶ τοὺς εὐσεβεῖς κατελθόντας διὰ τῶν Ἀμφικτυόνων ἐξέβαλον, Amphictyones pylaea autumnali alteram expeditionem adversus Amphissenses constituerunt et summam imperii ad Philippum detulerunt, Aesch. III 129, cf. Demosth. XVIII 151.

hieme 339. Athenienses decem milia mercennariorum Charete et Proxeno ducibus ad Amphissam defendendam miserunt, Aesch. III 146; Polyaen. IV 2, 8.

vere 338. Φίλιππος ἐπὶ τὴν Ἀμφισσέων ἐστράτευεν· Ἀθηναῖοι καὶ Θηβαῖοι τὰ στενὰ προκατελάβοντο, καὶ ἦν ἡ δίοδος ἀμήχανος. ἐξαπατᾷ τοὺς πολεμίους Φίλιππος, ἐπιστολὴν πεπλασμένην Ἀντιπάτρῳ πέμψας ἐς Μακεδονίαν, ὡς τὴν μὲν στρατείαν τὴν ἐπ' Ἀμφισσεῖς ἀναβάλοιτο, σπεύδοι δὲ ἐς Θρᾴκην, πεπυσμένος τοὺς ἐκεῖ νεωτερίζειν. ὁ γραμματοφόρος ⟨διῄει⟩ διὰ τῶν στενῶν. οἱ στρατηγοὶ Χάρης καὶ Πρόξενος αἱροῦσιν αὐτὸν καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἀναγνόντες πιστεύουσι τοῖς γεγραμμένοις καὶ τὴν φυλακὴν τῶν στενῶν ἀπολείπουσι. Φίλιππος δὲ λαβόμενος ἐρημίας ἀφυλάκτως διεπέμψατο, καὶ τοὺς στρατηγοὺς ἀναστρέψαντας ἐνίκησε καὶ τῆς Ἀμφίσσης ἐκράτησεν, Polyaen. IV 2, 8, cf. Aeschin. III 147. Dinarch. I 74 (qui Proxenum proditorem appellat); Neque tamen oppidum deletum esse, ut Strabo IX 427, cf. 419 dicit, certe non funditus, e titulis apparet, sed haud pauci incolae in exilium pulsi sunt (cf. Diod. XVIII 56,5). Sin autem G. Daux tit. nr. 775 recte supplevit, etiam inde, quod Amphissenses Philippum statua Delphis honoraverunt, concludi potest regem moderatum se praebuisse, cf. Lerat II 53/4.

aestate 338. Amphissa expugnata Philippus Naupactum perrexit, urbem vi cepit, Aetolis adiudicavit (Theopomp., *FGrHist* 115 *F* 235; Strab. IX 427). Totum praesidium urbis trucidatum esse Theopompus est auctor, etiamsi de textu non satis constat, cf. Lerat II 54/5, qui etiam demonstrat Philippum ante pugnam Chaeronensem Naupactum occupasse (cf. etiam Beloch[2] III 1, 567[2]; Bengtson, *Gr. Gesch.*[3] 314). Probabile autem est tunc temporis non solum viciniam quoque occidentalem Naupacti (velut oppidum Macyniam, cf. v. 70) in dicionem Aetolorum venisse sed etiam regionem orientalem usque fere ad insulam *Trisoniam,* cf. Lerat II 61 ss. 66.

338/7. In societate communi Graecorum Corinthi facta universis Locris tria suffragia attributa sunt (Tod, *Gr. Hist. Inscr.* II 177_{31}), cf. Lerat II 55.

338—321. His annis Aetoli omnes Locros occidentales praeter Amphissenses et vicinos in potestatem suam redegisse videntur, cf. infra ad annum 321.

335/4 aut 332/1 (?). κρίμα οἱ ἱερομνήμονες ἐπὶ ἄρχοντος Ὀρνιχίδα ἐν Δελφοῖς πεποίηκαν de finibus terrae sacrae, quod Amphissensibus incommodum videtur fuisse, Syll.[3] 826 *E* col. II 31. III 7/8, cf. Lerat II 54; de anno archontis Ornichidae vide J. Bousquet, *BCH* 1957, 492[1].

329/8. ἄρχοντος Βαθύλλου (cf. Daux, *Chron. delph.* C 24; De la Coste-Messelière, *BCH* 1949, 236) Delphi cuidam Αἰτωλῶι ἐκ Μακυνέας proxeniam contulerunt, *BCH* 23, 1899, 356 nr. II.

323. Bello Lamiensi, quod dicitur, Locri (sc. utrique, cf. Lerat II 63) cum Atheniensibus foedus inierunt, cf. Diod. XVIII 9, 5. 11, 1; Paus. I 25, 4. Edidit O. Broneer, Hesperia II 1933, 397 nr. 16 fragmentum tituli, quod reliquias quinque versuum Atheniensium iusiurandum Locris datum continentium praebet et secundum litterarum formas huius temporis est.

321. Aetoli cum praetore Alexandro in Thessaliam incursionem facerent, ἐν παρόδῳ τοὺς Ἀμφισσεῖς ⟨τοὺς⟩ Λοκροὺς πολιορκήσαντες τήν τε χώραν αὐτῶν κατέδραμον καί τινα τῶν πλησίον πολισμάτων εἷλον, Diod. XVIII 38, 2.

Fortasse inde, quod Aetoli hoc anno solos fines Amphissensium aggressi sunt, colligendum est reliquos Locros omnes fere in potestate Aetolorum fuisse (Fasti Aetol. p. XV 67 ss.; addubitat Lerat II 63/4).

c. 300. Pactum inter Chaleenses et Triteenses, nr. 739.

in. saec. III. Ἀριστίων Ἀνδροκλέους Χα[λεύς] proxenus Aetolorum, IG IX 1[2] 1, 5.

c. 294 (?). Ante hunc fere annum, quo Aetoli Delphos occupaverunt, omnes Locros occidentales in dicionem Aetolorum venisse certum videtur (de Amphissensibus dubitari posse censet Lerat II 65/6).

Inde a vere 277 (cf. G. Klaffenbach, *Klio* 32, 1939, 194) Aetoli in Amphictyonum consilio suffragium Locrorum occidentalium gerebant (cf. Fast. Aet. p. XVII 94 ss.).

288—281. Ἀνδρόβολος Μένωνος Αἰτωλὸς ἐκ Ναυπάκτου proxenus Cassandrensium, Syll.^{3} 380 (corr. E. Fabricius 1926 per litteras et David M. Robinson, *Transact. and Proceed. of the Amer. Philol. Assoc.* 59, 1928, 227^{2}).

autumni flexu 279. Contra Brennum Gallosque Delphis inter alios Graecos ἐξ Ἀμφίσσης ὁπλῖται τετρακόσιοι subvenerunt, Paus. X 22, 13.

c. 273. Καλλίας καὶ οἱ υἱοὶ Καλλίδαμος, Καλ⟨λ⟩ικράτης, Σωκράτης ἐξ Ἀμφίσσας ab Aetolis isopolitia honorati sunt, IG IX 1^{2} 1, 12 *a*.

vere 272 (?). Pylaea verna ἄ. Ἀρχιάδα (cf. Daux, *Chron. delph.* G 7) hieromnemones Τεισάνδρῳ Μικκίνα Αἰτωλῷ ἐγ Βοττοῦ, qui una cum aliis furtum in Apollinis Pythii fano commissum indicaverat, προδικίαν, ἀσφάλειαν, ἐπιτιμάν contulerunt, *FD* III 3, 203. Eodem tempore etiam Delphi hos viros decreto adhuc inedito honoraverunt, cf. R. Flacelière, *Les Aitoliens à Delphes* 441^{1}.

c. 265. Νικοφῶν Ἀριστολάου Λοκρός proxenus Histiaeensium Euboeae, IG XII 9, 1187_{22}. Fuit Locrorum occidentalium, cf. Lerat II 76^{3}; de tempore vide G. Klaffenbach, *Klio* 20, 1926, 78.

255/4 (?). Λύκων Ἀγρολέοντος Ναυπάκτιος proxenus Delphorum ἄ. Ἐμμενίδα (Daux, *Chron. delph.* G 23), *FD* III 4, 12.

252. Ξενοφάνης Ἀμφισσεύς *('Aetolius ex Amphisia')* victor Olympiorum (στάδιον), Euseb. I 207 Sch. (L. Moretti, *Olympionikai* [1957] nr. 559).

c. 252—248. Hieromnemones pylaea autumnali ἄ. Καλλικλέος Μέντορι Δαμοσθένεος ⟨Αἰτωλῶι⟩ ἐκγ Ναυπάκτου προδικίαν καὶ ἀσφάλειαν καὶ ἀσυλίαν καὶ ἀτέλειαν πάντων donaverunt, κατασκευάζοντι τὸν κόσμον τᾶι Ἀθάναι τᾶι Προναίαι, Syll.^{3} 422; de tempore cf. Daux, *Chron. delph.* G. 26.

med. saec. III vel paulo antea. Φύσκος Μαχάτα Ναυπάκτιος proxenus Thisbensium, IG VII 2224. De viro, qui etiam bularchus et praetor Aetolorum fuit, vide ad IG IX 1^{2} 1, 6_{10}; probabiliter idem est, cui Olympiae ab Eleis (aut Aleis Arcadibus) statua posita est, I. Olymp. 295.

c. 250. Βοῦκρις Δαίτα Ναυπάκτιος proxenus Deliorum, IG XI 4, 692; cf. Fast. Aet. p. XIX 100 et XXII 41; Lerat II 79.

245. ὁ δὲ Ἄρατος αἱρεθεὶς στρατηγὸς τὸ πρῶτον ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν τὴν μὲν ἀντιπέρας Λοκρίδα καὶ Καλυδωνίαν ἐπόρθησε, Plut. Arat. 16; cf. Paus. II 8, 4: αὐτίκα δὲ στρατηγὸς ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν ᾕρητο, καὶ σφᾶς ἐπὶ Λοκροὺς τοὺς Ἀμφισσέας ἀγαγὼν καὶ ἐς τὴν Αἰτωλῶν πολεμίων ὄντων τὴν γῆν ἐπόρθησε. Cf. Lerat II 69/70.

c. 230—200. Πολέμαρχος Μένωνος Χαλεύς proxenus Aegosthenitarum, IG VII 208.

c. 225—220. Naupactii Ceis, qui legatos εἰς Ναύπακτον καὶ πρὸς τοὺς συνέδρους τοὺς Αἰτωλῶν miserant, civitatem, qua simul Aetoli facti sunt, aliosque honores decreverunt, nr. 654. Cei autem remunerantes Aetolis, i. e. etiam Naupactiis, eosdem honores tribuerunt, IG XII 5, 532 .Notandum est insulam Ceum Naupactiorum coloniam habitam esse, Heracl. Pont. FHG II 214 IX; cf. Lerat II 17/8.

c. 225—200. Ξενίας Ἡρα[κλείδα? Χαλειεύς?] proxenus Delphorum, *FD* III 4, 238. Fortasse eundem ἁ πόλις τῶν Χ[αλειῶν?] statua Delphis honoravit, ibid. 237.

c. mense Maio 220. οἱ δὲ περὶ τὸν Δωρίμαχον καὶ Σκόπαν – – συναθροίσαντες πανδημεὶ τοὺς Αἰτωλοὺς ἐπὶ τὸ Ῥίον – – διεβίβασαν τοὺς ἄνδρας εἰς Πελοπόννησον, Polyb. IV 6, 8.

aestate 220. Scerdilaidas Illyrius Pylum frustra aggressus ποιούμενος τὸν πλοῦν ὡς ἐπ' οἴκου προσεῖχε πρὸς Ναύπακτον μετὰ τετταράκοντα λέμβων – – ποιησάμενος δὲ συνθήκας πρὸς Αἰτωλοὺς δι' Ἀγελάου περὶ τοῦ μερισμοῦ τῶν λαφύρων, ὑπέσχετο συνεμβαλεῖν ὁμόσε τοῖς Αἰτωλοῖς εἰς τὴν Ἀχαΐαν, Polyb. IV 16, 9—10.

- Demetrius Pharius a Taurione, Peloponnesi rebus praefecto Macedonico, rogatus, ut Aetolos e Peloponneso domum revertentes transitu impediret, δυσὶ καθυστερήσας ἡμέραις τῆς τῶν Αἰτωλῶν διαβάσεως, προκατασύρας τινὰς τόπους τῆς παραλίας τῆς τῶν Αἰτωλῶν κατήχθη πάλιν εἰς τὴν Κόρινθον, Polyb. IV 19, 9; haud dubie de ora Locrensi agitur, cf. Lerat II 70.

aestate 219. Ἀλέξανδρος δὲ καὶ Δωρίμαχος – – ἔχοντες πρᾶξιν κατὰ τῆς τῶν Αἰγειρατῶν πόλεως, ἀθροί-

σαντες τῶν Αἰτωλῶν περὶ χιλίους καὶ διακοσίους εἰς Οἰάνθειαν τῆς Αἰτωλίας, ἣ κεῖται καταντικρὺ τῆς προειρημένης πόλεως, καὶ πορθμεῖα τούτοις ἑτοιμάσαντες, πλοῦν ἐτήρουν πρὸς τὴν ἐπιβολήν, Polyb. IV 57, 2.

aestate 218. Philippus expeditione in Aetoliam facta ἀναχθεὶς ἐκ τῆς Λευκάδος καὶ πορθήσας ἐν παράπλῳ τὴν τῶν Οἰανθέων χώραν, κατῆρε μετὰ τοῦ στόλου παντὸς εἰς Κόρινθον, Polyb. V 17, 8, cf. 18, 9.

aestate 217. ὁ τῶν Ἀχαιῶν ναύαρχος ἐξοδεύσας εἰς Μολυκρίαν, ἧκεν ἔχων οὐ πολὺ λείποντα τῶν ἑκατὸν σωμάτων. αὖτις δ' ὑποστρέψας ἔπλευσε πρὸς Χάλκειαν, τῶν δ' ἐκβοηθησάντων ἐκυρίευσε δύο μακρῶν πλοίων αὐτάνδρων· ἔλαβε δὲ καὶ κέλητα περὶ τὸ Ῥίον Αἰτωλικὸν ὁμοῦ τῷ πληρώματι, Polyb. V 94, 7—8.

Paulo post ὁ ναύαρχος τῶν Ἀχαιῶν ποιησάμενος ἀποβάσεις πλεονάκις εἴς τε τὴν Καλυδωνίαν καὶ Ναυπακτίαν τήν τε χώραν κατέσυρε καὶ τὴν βοήθειαν αὐτῶν συνέτριψε δίς. ἔλαβε δὲ καὶ Κλεόνικον τὸν Ναυπάκτιον, ὃς διὰ τὸ πρόξενος ὑπάρχειν τῶν Ἀχαιῶν παραυτὰ μὲν οὐκ ἐπράθη, μετὰ δέ τινα χρόνον ἀφείθη χωρὶς λύτρων, ibid. 95, 11—12.

Philippus nuntio pugnae Trasumenicae accepto παραχρῆμα Κλεόνικον τὸν Ναυπάκτιον πρὸς τοὺς Αἰτωλοὺς διεπέμψατο· κατέλαβε γὰρ ἔτι τοῦτον ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας ἐπιμένοντα τὴν τῶν Ἀχαιῶν σύνοδον. – – μετὰ ταῦτα δὶς ἢ τρὶς ἀνακάμψαντος τοῦ Κλεονίκου, δεομένων τῶν Αἰτωλῶν εἰς λόγους σφίσι συνελθεῖν ἐπήκουσε atque cum Aetolis, qui πανδημεὶ Naupactum convenerant, per legatos egit. Denique rex ab Aetolis rogatus διέπλευσε μετὰ τῆς δυνάμεως πρὸς τὰ λεγόμενα Κοῖλα τῆς Ναυπακτίας, ἃ τῆς πόλεως εἴκοσι μάλιστα σταδίους ἀφέστηκε (de probabili situ cf. W. J. Woodhouse, Aetolia 1897, 317/8), Polyb. V 102, 4—103, 4. Tunc temporis Agelaus Naupactius notissimam illam orationem habuit, qua πάντας μὲν παρώρμησε τοὺς συμμάχους πρὸς τὰς διαλύσεις, μάλιστα δὲ τὸν Φίλιππον, ibid. 104—105, 1. Sic exeunte mense Augusto vel ineunte Septembri Naupacti pax facta est, qua bellum sociale compositum est, cf. Fast. Aet. p. XXIX 26 ss.

vere 211. M. Valerius *Laevinus veris principio a Corcyra profectus – – cum venisset Naupactum, Anticyram inde se petiturum edixit*, Liv. XXVI 26, 1; de Anticyra i. e. oppido Phocidis cf. Lerat I 54 ss. II 71.

hieme 211/0 vel vere 210. Cleonicus Naupactius ab Aetolis legatus Spartam missus est, cf. Fast. Acarn. p. XXIV 56 ss.

209. *Aetoli navibus per fretum, quod Naupactum et Patras interfluit — Rhion incolae vocant —, exercitu traiecto* fines Achaeorum *depopulati* sunt, Liv. XXVII 29, 9.

Postea Aetoli, *postquam – – Romanam classem stare ad Naupactum audivere*, animis satis confirmatis colloquium de pace Aegii initum ad irritum redegerunt, ibid. 30, 11.

Eadem aestate Sulpicius *cum quindecim navibus ab Naupacto Cyllenen* traiecit, ut Eleis auxilium ferret, ibid. 32, 2.

Hieme autem Sulpicius non Naupacti sed Aeginae cum rege Attalo hibernabat, ibid. 33, 5.

208. Philippus Aegio *navibus acceptis ab Achaeis – – Anticyram traiecit. inde* suis navibus, quas *miserat in Corinthium sinum, profectus ad Erythras Aetolorum, quae prope Eupalium sunt, escensionem fecit. haud fefellit Aetolos: nam hominum quod aut in agris aut in propinquis castellis Potidaniae atque Apolloniae fuit, in silvas montesque refugit; pecora, quae inter festinationem abigi nequierant, sunt direpta et in naves compulsa*, Liv. XXVIII 8, 7—10.

208/7. ἄρχοντος Ἀθανίωνος (cf. H. van Effenterre, *BCH* 1953, 176) Τιμόθεος Ξενοδόκου Λοκρὸς ἐχ Φαιστίνου proxenus Delphorum, *FD* III 1, 442. Notandum est ethnicum Λοκρός usurpatum esse, non Αἰτωλός, quod exspectatur; cf. Lerat II 76.

aestate 207. Ἀμφισσεῖς, Πολιεῖς, Ναυπάκτιοι, Φυσ[κεῖς] Magnetum de Leucophryenis decretum acceperunt, IG IX 1² 1, 186; de tempore cf. H. van Effenterre, *BCH* 1953, 176.

201/0 (?). ἄρχοντος Εὐαγγέλου (cf. G. Daux, *Delphes* 100) Φιλλέας Μίκκου Ναυπάκτιος, κατασταθεὶς ὑπὸ τῶν Αἰτωλῶν ἐπιμελητὰς τοῦ τε ἱεροῦ καὶ τᾶς πόλιος (Delphorum), proxenus Delphorum, *FD* III 4, 175. Idem hieromnemo Aetolorum vere c. 204, R. Flacelière, *Les Aitoliens à Delphes* 412 nr. 44.

vere 200. Legati Romanorum ut ad alios Graecos καὶ πρὸς Αἰτωλοὺς ἐν Ναυπάκτῳ venerunt, Polyb. XVI 27, 4.

c. 200. Μνασίλαος Εὐδαμίδα Ἀμφισσεύς proxenus et thearodocus Lusiatarum, IG V 2, 394.

fin. saec. III. Poeta Ἀρχύτας Ἀμφισσεύς, de quo vide Knaack, *RE* II 599 nr. 2. Probabiliter idem est atque Ἀρχύτας Λαμένεος Ἀμφισσεύς bis testis proxeniae ab Aetolis datae c. a. 214/3, IG IX 1² 1, $31_{152 \cdot 154}$.

saec. III. Δίων Δαμύλου Ἀμφισσεύς proxenus Thisbensium, SEG III 349.

fin. saec. III vel primis annis saec. II. Vaxii Cretenses apud Aetolos pro cive suo Epicle, qui bello captus Amphissam venditus erat et, postquam se redemit, ibi cum filiis Erasiphone (?) et Timonacte filiaque Melita habitabat, deprecati sunt, ut ei tutela praeberetur et sic κοινοπολιτεία conservaretur. Aetoli autem illis, qui supra commemorati sunt, civitatem tribuerunt et tutelam polliciti sunt, IG IX 1^2 1, 178; I. Cret. II 65 nr. 19; J. Bousquet, *BCH* 1960, 161 ss.

fin. saec III / in. saec. II. In catalogo Delphico thearodocorum *BCH* 45, 1921, 1 ss. haec Locrorum occidentalium oppida et viri recensentur:

col. IV 120 ἐν Ἄλπαι· Λύσω[ν].
IV 76/7 ἐν Ἀμφίσαι (!)· Ε – – – – | ξενίδα.
IV 127 ἐγ Κύρᾳ (?)· – –, cf. Lerat I 34 cum nota 5.
IV 44 ἐν Ναυπάκτωι· Κλεα – –.
IV 72/3 ἐν Οἰανθέαι· Ἀριστόμ[αχος Κρινία], | Κρινίας Ἀριστομά[χου], cf. p. XVIII$_{70}$.
IV 70/1 ἐν Τολφῶνι· Ἀνδροσθ[ενίδας Κρινία], | Ἀρχίδαμος Ἀνδροσθ[ενίδα], cf. p. XVIII$_{69}$.
IV 69 ἐγ Χαλειῶι· Χαι[ρέ]λαο[ς].

De capitibus II 17 ἐν Χαλ – – et II 18 ἐν Ἴπνωι cf. Lerat, *BCH* 1946, 332; Lerat I 32.

De accurato tempore non satis constat, cf. Fast. Acarn. p. XXV 77 ss.; Lerat I 118[4]; L. Robert, Hellenica XI/XII 168. 171.

in. saec. II. ὁ δεῖνα – – δάμου Ναυπάκτιος proxenus Deliorum, IG XI 4, 837.

— Λεόντιος Κρινία Φυσκεύς proxenus Thespiensium, IG VII 1727 (orator huius decreti Τορτέας Φαείνω Θεσπιεύς proxenus Delphorum ἄ. Ξένωνος τοῦ Ἀτεισίδα = 189/8 (Daux, *Chron. delph.* L 10), Syll.^{3} 585, 42, eius filius Φαῖνος Τορτέα Θεσπιεύς testis manumissionis Delphis ἄ. Βαβύλου τοῦ Αἰακίδα = 146 vel 145, Daux, *BCH* 1944/5, 112 § 23_{13}).

vere 199. Naupacti *concilium Aetolorum stata die, quod Panaetolium vocant, futurum erat. huic ut occurrerent, et regis* (sc. Philippi) *legati iter adcelerarunt, et a consule* (sc. P. Sulpicio) *missus L. Furius Purpurio legatus venit; Atheniensium quoque legati ad id concilium occurrerunt*, Liv. XXXI 29, 1—2.

196. Flaminini pronuntiatio de liberatione Graecorum Isthmiis facta non attinebat ad Locros occidentales, cf. Lerat II 72.

exeunte aestate 193. Aetoli *concilium* (sc. extraordinarium) *Naupactum indixerunt*, Liv. XXXV 12, 3.

vere 191. Rex Antiochus *principio veris, cum per Phocidem Chaeroneam – – venisset,* – – duces suos *Stratum Aetoliae copias ducere iussit; ipse Delphis sacrificio Apollini facto Naupactum processit. consilio principum Aetoliae habito via, quae praeter Calydonem et Lysimachiam fert ad Stratum, suis, qui per Maliacum sinum veniebant, occurrit*, Liv. XXXVI 11, 5—7. Sed expeditione contra Acarnanes fere irrita facta *per Aetoliae ac Phocidis urbis Chalcidem redit*, i. e. eadem atque antea via, ibid. 12, 11.

aestate 191. Μενέστρατος (Μενεστᾶς) ὁ Ἠπειρώτης – – ἐτύγχανε τότε παραβεβοηθηκὼς εἰς Ναύπακτον *cum praesidio*, Polyb. XX 10, 5, cf. XXI 31, 13; Liv. XXXVI 28, 3.

— M'. Acilius certior factus *Naupactum concurrisse Aetolos, ut inde totum impetum belli sustinerent*, Heraclea ad Coracem profectus est et hoc monte, qui *est altissimus inter Callipolim et Naupactum*, haud sine damno superato *vexato exercitu ad Naupactum descendit, et uno castello adversus arcem posito ceteras partes urbis divisis copiis pro situ moenium circumsedit*, Liv. XXXVI 30, cf. Appian. Syr. 21.

autumno 191. *T. Quinctius* Corintho *Naupactum traiecit, quae iam per duos menses* (Aug.–Septembr., cf. Lerat II 73[3]) *– et iam prope excidium erat – oppugnabatur*. Quo intercedente Aetolis indutiae a M'. Acilio datae sunt, ut legationem Romam mittere possent. Tum *soluta obsidio et exercitus in Phocidem missus*, Liv. XXXVI 34—35, 6, cf. Plut. Tit. 15; vide etiam Lerat II 73.

hieme 191/0. M'. Acilius Delphos a dominatione Aetolorum liberavit et 24 fundos, 46 domus, quas Aetoli et imprimis Locri occidentales sibi paraverant, τῶι θεῶι καὶ τᾶι πόλει dedit. Locri sunt hi: 2 Ἀλπαῖοι, 11 Ἀμφισσεῖς et 2 Ἀμφισσίδες, 4 Ναυπάκτιοι, 1 Οἰνοαῖος, 4 Πλυγονεῖς, 5 Τολφώνιοι et 1 Τολφωνία, 2 Τριτεῖς, 9 Φυσκεῖς, 3 Χαλειεῖς et 2 Χαλειίδες. Fortasse hoc modo territorium dei et urbis

cum damno praecipue Locrorum occidentalium amplificatum est. Certe Plygonenses (cf. Lerat I 59 ss.) tum Delphi facti sunt, cf. P. Roussel, *BCH* 56, 1932, 1 ss.; G. Daux, *Delphes* 225 ss. 234 ss.; Lerat II 74.

brevi ante ver 190. *Aetoli, postquam legati ab Roma rettulerunt nullam spem pacis esse, quamquam omnis ora maritima eorum, quae in Peloponnesum versa est, depopulata ab Achaeis erat, periculi magis quam damni memores, ut Romanis intercluderent iter, Coracem occupaverunt montem: neque enim dubitabant ad oppugnationem Naupacti eos principio veris redituros esse,* Liv. XXXVII 4, 6—7.

vere 190. *Occupato ad Coracem ab Aetolis saltu – – oppugnare Acilius Amphissam statuit. ab Heraclea per Oetam exercitus eo deductus. cum ad moenia castra posuisset, non corona – – sed operibus oppugnare urbem est adortus. pluribus simul locis aries admovebatur, et cum quaterentur muri, nihil adversus tale machinationis genus parare aut comminisci oppidani conabantur; omnis spes in armis et audacia erat: eruptionibus crebris et stationes hostium et eos ipsos, qui circa opera et machinas erant, turbabant. multis tamen locis decussus murus erat, cum adlatum est* Scipiones appropinquare. *sub adventum eorum* (exeunte fere m. Aprili) *oppidani relicta urbe – iam enim magna ex parte moenibus nudata erat – in arcem, quam inexpugnabilem habent, omnes armati atque inermes concessere. consul sex milia fere passuum inde posuit castra.* Denique Aetoli indutias sex mensium, ut legatos Romam mittere possent, impetraverunt et obsidio Amphissae soluta est; Romani exercitum deduxerunt, Liv. XXXVII 5, 4 ad 7, 7; cf. Fast. Aet. p. XLI 41 ss.

c. 190. Myanensium et Hypniensium sympolitia, nr. 748.

190/89—189/8. Acute sane sed incerte opinatur Lerat II 87 ss. Amphissam obsessam et Delphos liberatos in vicinis oppidis Locrorum occidentalium impulsum liberationis movisse.

aestate 189. *Aetolos inde* (Amphilochia) *avocavit populatio maritumae orae. Pleuratus, Illyriorum rex, cum sexaginta lembis Corinthium sinum invectus adiunctis Achaeorum quae Patris erant navibus maritima Aetoliae vastabat. adversus quos mille Aetoli missi, quacumque se classis circumegerat per litorum amfractus, brevioribus semitis occurrebant,* Liv. XXXVIII 7, 2–3.

flexu autumni 189. Pax inter Aetolos et Romanos. Aetoli Locridem occidentalem retinuerunt, cf. Fast. Aet. p. XLIII 18 ss.

188/7. ἄρχοντος Κλεοδάμου τοῦ Πολυκλείτου (Daux, *Chron. delph.* L 11) Στράτιος Στρατίου Ναυπάκτιος proxenus Delphorum, Syll.^{3} 585 nr. 64.

187/6. ἄρχοντος Πεισίλα (Daux, *Chron. delph.* L 12) Πυθόδωρος Μεγιστοτίμου Ναυπάκτιος proxenus Delphorum, Syll.^{3} 585 nr. 70.

aestate 183. T. Quinctius Flamininus a senatu ad regem Prusiam missus Naupacti versatur, Polyb. XXIII 5, 16.

180 aut 179. ἄ. Μαντία τοῦ Πολύωνος (Daux, *Chron. delph.* L 20) controversiae inter Amphissenses et Delphos περὶ τῶν τεμενέων καὶ τᾶς ἀμφιλλόγου χώρας. Delphi unum Atheniensem et novem Rhodios arbitros arcessiverunt, sed cum Amphissenses adesse denegarent, οὐκέτι συνετελέσθη ἁ [κρίσ]ις, *FD* III 3, 383. III 2, 89; cf. Daux, *Delphes* 277 ss.; Lerat II 92.

175/4. ἄ. Ἀρχελάου τοῦ Δαμοσθένεος (Daux, *Chron. delph.* L 24) Delphi Ἀνδροσθενίδαι Κρινία Τολφωνίωι et Ἀριστομάχωι Κρινία Οἰανθεῖ proxeniam avitam renovaverunt, *BCH* 1899, 541 nr. 30; Daux, *Delphes* 436/7.

166. Inde ab hoc anno Locris occidentalis est divisa in tres partes (cf. Lerat II 95 ss.):

I. Pars occidentalis (inde a Taphiasso usque ad fere insulam *Trisonia*) in dicione Aetolorum manebat, i. e. Macynia, Molycrium, Naupactus, Buttus cum vicinia, Eupalium, Oeneum, Polis, insuper Phalica.

II. Liberata ab Aetolorum dominatione est pars media, i. e. Oeanthea, Phaestinus, Tolphon, Tritea, Myania, Physcenses cum vicinia (Dymanes, Cyracenses). Hac parte continetur τὸ κοινὸν τῶν Λοκρῶν τῶν Ἑσπερίων.

III. Pars orientalis, i. e. Amphissa et Chaleum, sui iuris manebat, neque Aetolorum neque Locrorum dicioni subiecta.

158/7. ἄ. Ἄρχωνος τοῦ Καλλία (Daux, *Chron. delph.* L 41) Ἀριστώνυμος Ἀριστοδάμου Ναυπάκτιος proxenus Delphorum, *FD* III 1, 151.

priore parte saec. II. [ἁ πόλις τῶν Ὀα?]ξίων Λάδικον Δρωπίνα [Αἰτωλὸν ἐκ Κ]αλλιπόλιος statua Delphis honoravit, *FD* III 4, 240. Si supplementum op-

pidi certum est, probabiliter de oppido Locrorum occidentalium agitur, cf. Lerat I 18 ss.

c. 150. ἄ. Δεξώνδα τοῦ Δάμωνος (Daux, *Chron. delph.* L 49) Βίαιος Ἀριστοδάμου Ναυπάκτιος theorodocus et proxenus Delphorum, *FD* III 1, 152.

brevi ante 146. οἱ Θηβαῖοι – – τεμόντες καὶ τὴν Ἀμφισσέων (χώραν) περὶ ἀκμὴν σίτου a Caecilio Metello poena condemnati sunt, Paus. VII 14, 7.

vere 146. A. Gabinius, quem Q. Metellus una cum aliis legatis Corinthum miserat, ubi Achaei bellum Lacedaemoniorum constituerant, Naupactum se contulit, Polyb. XXXVIII 13,9.

hieme 146/5. Commune Locrorum occidentalium, cum belli Achaici particeps non fuisset, a Romanis dissolutum esse verisimile non est, cf. S. Accame, *Il dominio romano in Grecia dalla guerra acaica ad Augusto* (1946) 16 ss.; Lerat II 100.

c. 145. ἄ. Βαβύλου τοῦ Αἰακίδα (Daux, *Chron. delph.* L 47) Πύρρος Λύκου Ναυπάκτιος proxenus Delphorum, *FD* III 1, 153.

c. 130. Controversiae inter homines privatos Delphorum et Locrorum a tribus arbitris Hermionensium Delphis ἄ. Ἀτεισίδα τοῦ Ξένωνος (Daux, *Chron. delph.* L 66) κατὰ τὸ σύμβολον diiudicatae sunt, *FD* III 4, 169; cf. Lerat II 100/1.

119. Nova κρίσις περὶ ὅρων Ἀπόλλωνος ab Amphictyonibus ἄ. Εὐκλείδα τοῦ Καλλείδα (cf. Daux, *Chron. delph.* L 68, qui annum c. 125 praefert) facta, quae confirmavit κρίσιν hieromnemonum ἄ. Ὀρνιχίδα (supra p. $XIV_{62\ ss.}$). Icti sunt Amphissenses et Myanenses tum ut videtur sympolitia coniuncti, Syll.^{3} 826 *E*; cf. Lerat II 101/2.

116—111. ἄ. Πυρρία τοῦ Ἀρχελάου (Daux, *Chron. delph.* L 76 potius annos 124—116 praefert) Στρατόνικος Ἀνδρονίκου Ἀμφισσεύς proxenus Delphorum, *GDI* 2686.

116—100. ἄ. Ἄρχωνος τοῦ Εὐαγόρα (Daux, *Chron. delph.* L 90 potius de annis 124—100 cogitat) Τηλέμαχος Ἀριστοκράτεος Ἀμφισσεύς proxenus Delphorum, *Goett. Anz.* 1913, 166.

saec. II. In controversia, quae de voce Amphictyonica inter Thronium et Scarpheam annis fere 166 ad 146 orta est, Thronium ad iudicium, quod πρότερον περὶ τούτων ἐν Ἀμφίσσαι κατὰ τὸν Ἀμφικτιονικὸν νόμον factum est, provocavit, *FD* III 4, 38_{11-12}; cf. Lerat II 105/6.

— Φιλόστρατος Χρυσίππου et Εὔτυχος Ἡρακλείδου Ἀμφισσεῖς proxeni Thespiensium, Ἐφ. 1936, Ἀρχ. Χρον. 40 nr. 214. Fortasse eidem qui Delphis testes manumissionum *GDI* 2130 (a. 192/1) et ibid. 2133 (a. 182) sine patronymico inveniuntur.

81. Naupactus ἀπεδέξατο τήν τε ἀσυλίαν τοῦ ἱεροῦ (Hecates Stratonicensium) καὶ τὸν ἀγῶνα τὸν τιθέμενον κατὰ πενταετηρίδα Ἑκάτηι Σωτείραι Ἐπιφανεῖ καὶ Ῥώμηι θεᾶι εὐεργέτιδι, OGI 441_{168}.

57 aut 56. L. Calpurnio Pisone provinciam Macedoniam administrante etiam *Naupactus ab hostibus capta est* et *Locri exusti* sunt, Cicero, In Pisonem 91. 96; cf. Fast. Aet. p. XLVI 73 ss.

49. Pompeiani Naupactum praesidio occupaverunt, Caes. Bell. civ. III 35, 1. Amphissa Pompeianis milites misit, Lucan. III 172.

48. C. Calvisius Sabinus, legatus Caesaris, praesidium Pompeianorum Naupacto deiecit, Caes. Bell. civ. III 35, 1.

Cn. Domitius Calvinus, legatus Caesaris, Λοκρῶν δὴ καὶ Αἰτωλῶν προσχωρησάντων οἱ ἐς τὴν Θεσσαλίαν μετ' αὐτῶν ἐσέβαλε, Cass. Dio XLI 51, 3.

34 aut 33. τὸ κοινὸν Βοιωτῶν, Εὐβοέων, Λοκρῶν, Φωκέων, Δωριέων proquaestorem M. Iunium Silanum, σωτῆρα καὶ εὐεργέτην γενόμενον, statua Athenis honoravit, IG II/III^2 4114. Cuius communis an Locri occidentales participes fuerint, nescitur. Cf. J. Deininger, *Die Provinziallandtage der römischen Kaiserzeit* (1965) 89.

30. ὅτε βασιλεὺς ὁ Ῥωμαίων (sc. Octavianus) ἀναστάτους ἐς τὸν Νικοπόλεως συνοικισμὸν ἐποίησεν Αἰτωλούς, ἀποχωρῆσαι τοῦ δήμου τὸ πολὺ ἐς τὴν Ἄμφισσαν narrat Pausanias X 38, 4. De tempore cf. Fast. Acarn. p. XXX 92 ss.

post 30 (27?). In nova compositione Amphictyoniae ab Augusto facta mittebant καὶ Λοκροὶ οἵ τε καλούμενοι Ὀζόλαι καὶ οἱ πέραν Εὐβοίας ἕνα (sc. Ἀμφικτύονα) ἑκάτεροι, Paus. X 8, 5. De tempore cf. Fast. Aet. p. XLVII 26 s.

14. Augustus Patras coloniam deduxit, cf. Ernst Meyer, *RE* XVIII 2, 2209 ss. Tum praeter Amphissenses omnes Locros occidentales Patrensibus attributos esse auctor est Pausanias X 38, 9: πλὴν δὲ Ἀμφίσσης ὑπ' Ἀχαιῶν οἱ ἄλλοι Πατρέων ἄρχονται, βασιλέως σφίσι δόντος Αὐγούστου. Probabiliter autem hoc postea demum factum est, fortasse ae-

tate Neroniana, cf. U. Kahrstedt, Historia I 1960, 549 ss.

in. saec. I p. Φιλώτας Νίκωνος Ἀμφισσεὺς ἰατρός a Delphis honoratus est, *FD* III 4, 58. Sine dubio idem est qui a Plutarcho (Anton. 28, 3) commemoratur.

priore parte saec. I. Commemoratur anno 35 aut 36 commune quoddam Achaeorum, Boeotorum, Phocensium, Euboensium, Locrorum, Doriensium (IG IV^2 1, 80). Idem commune sed sine Doriensibus etiam a. 37 (IG VII 2711) et Claudio imperatore (ibid. 2878) invenitur. Utrum omnes Locri an soli orientales, id quod probabilius videtur, intellegendi sint, incertum est. Cf. J. Deininger, *Die Provinziallandtage der römischen Kaiserzeit* (1965) 89/90.

saec. I (?). Γάϊος (?) Ἀριστόδαμος Ναυπάκτιος ab urbe Delphorum statua honoratus est, *FD* III 1, 576; cf. U. Kahrstedt, Historia I 1950, 553; Lerat II 110.

c. 100. In fragmento tituli Delphis invento, quo titulo honores Bacchii cuiusdam enumerati videntur esse, leguntur etiam haec verba: ὁ δῆμος ὁ Χαλεατῶν πολειτήαν, *FD* III 1, 218 *l*; G. Daux, *BCH* 89, 1965, 501. Ad hanc formam ethnici oppidi Chalii cf. Lerat I 27/8.

brevi post 110. C. Avidius Nigrinus, legatus Augusti pro praetore, Elateae *de controversia Delphorum adversus Amphissienses et Myanenses de finibus* iudicavit et fines secundum iudicium hieromnemonum a. 119 factum (supra p. $XIX_{26\,ss.}$) determinavit, Syll.[3] 827 *C. D*; cf. Lerat II 110/1. De tempore vide E. Groag, *Die römischen Reichsbeamten von Achaia bis auf Diokletian* (1939) 56.

med. fere saec. II. Pausanias Amphissam, Myaniam, Oeantheam, Naupactum visitavit (X 38).

post 151. In Claudii Ptolemaei Geographia haec oppida Locrorum occidentalium commemorantur: Μολυκρία, Ἀντίρριον ἄκρον, Ναύπακτος, Εὐάνθεια, Χαλεός (III 14, 3), Ἄμφισσα (III 14, 15).

197. Primum Naupactus sedes episcopalis commemorata est; nam hoc anno interfuit primae synodo Ephesi habitae Callicrates episcopus Naupacti, cf. Oldfather, *RE* XIII 1235. XVI 1993/4.

ante 535. Ab Hierocle in Synecdemo haec oppida Locrorum occidentalium recensentur: Ναύπηκτος (643, 12) et Ἄμφισσα (644, 1).

551. Naupactus magno terrae motu vastata, Procop. Bell. Goth. IV 25,17.

TESTIMONIUM INCERTUM

saec. III/II a. Pausanias VI 16, 2 auctor est Timonem Eleum Αἰτωλοῖς ἐπιστρατείας μετασχεῖν ἐπὶ Θεσσαλοὺς καὶ φρουρᾶς ἡγεμόνα ἐν Ναυπάκτῳ φιλίᾳ γενέσθαι τῇ ἐς Αἰτωλούς. De tempore non constat, alii de bello Demetriaco (239/8 ss., cf. *RE* XXI 1628; Bengtson, *Griech. Gesch.*[3] 407[2]) cogitant, alii de altero bello Macedonico (200—197), cf. Fast. Aet. p. XLVIII 1 ss.; J. Regner, *RE* VI A 1297 nr. 2; L. Moretti, *Olympionikai* (1957) 143 nr. 601.

I. *VELVINA*

Prope vicum *Velvina* occidentem versus exstant loco, qui hodie vocatur 'Ελληνικό, antiquae ruinae oppidi adhuc ignoti, cf. Lerat I 84 ss. 191. Certe non fuit Molycrium, ut denuo P. M. Fraser, *Gnomon* 26, 1954, 250 et E. Kirsten apud A. Philippson, *Die griech. Landschaften* II 2 (1958) 322² sumunt.

605 PROXENIA AETOLORUM. Fragmentum tenuis tabulae aëneae undique mutilum praeter dextram partem, ubi margo exstat, a. max. 0,057, l. max. 0,055. Inventum est in ruderibus templi loci 'Ελληνικό prope vicum *Velvina* ('κατὰ τὸ μέσον τῆς ἀνατολικῆς πλευρᾶς τοῦ ναοῦ εἰς τὸ βάθος τῆς εὐθυντηρίας'), nunc Athenis in Museo Nationali (inv. nr. 15 186) asservatur. Litt. alt. 0,005 ad 0,007, interv. vers. 0,004; ΜΠΣ, formae punctis impressae. Edd. A. K. Orlandos, Δελτ. IX 1924/5, παρ. 63 cum delineatione (Lerat I 86 nr. 2; SEG XII 301); Y. Béquignon, *BCH* 55, 1931, 451. Tabulam contuli.

s. III a. [. . . c. 8 . . . καὶ τἆλλα, ὅσα καὶ το]ῖς ἄλλο-
[ις προξένοις δίδοται. βουλ]ạρχεόν-
[των – – – – c. 20 – – – –],Πολε-
[μοκράτεος(?) – – c. 12 – –, γρα]μματεύ-
[οντος – – – – c. 19 – – – –]ος. ἔγγụ-
[ος τᾶς προξενίας – – – – – – – –]

Suppl. e. gr. Lerat et Kla. || 4 γρα]μματευ, 5 ἐγγυ-[ητής Orlandos.

Cum Orlandos propter supplementum suum ἐγγυητής de venditione quadam cogitaverit, recte Lerat agnovit haec de proxenia Aetolica superesse, quam non solum propter litterarum formas sed etiam collatis, quae ad IG IX 1² 1, 6 de bularchis Aetolorum adnotavi, cum Orlando saeculo IV vel ineunti III tribuit. Equidem confidenter saec. III praefero.

---

606 DEDICATIO. Basis lapidis albi a sinistra et a tergo fracta a. 0,47, l. 0,32, cr. 0,39, inventa in ruderibus eiusdem templi atque nr. 605. In latere superiore exstat cavum diametri 0,60 et profunditatis 0,048; titulus in summa fronte baseos exaratus est. Litt. alt. 0,055, interv. vers. 0,035; ΑΣ. Ed. A. K. Orlandos, Δελτ. IX 1924/5, παρ. 63 s. cum delineatione (Lerat I 85 s. nr. 1; SEG XII 302). Lapidem contuli.

s. IV a. [Διον]ụσία
[Ἀθά]ναι.

Suppl. v. 1 Lerat, 2 Orlandos.

Cum Orlandos hoc loco oppidum Molycrium situm fuisse sibi persuaserit ac proinde ruinas templi ad Neptunum rettulerit, Lerat suo iure hac ex dedicatione, dummodo recte sit suppleta, colligit templum potius Minervae sacrum fuisse.

TITULI SEPULCRALES

607 Tabula lapidis arenacei leucophaei fracta l. c. 0,46, quam a. 1893 Woodhouse invenit loco 'Ελληνικό prope sepulcra quaedam '*on the face of the hill, towards Velvina*' neque autem iam Orlandos a. 1925 repperisse videtur. Litterae neglegenter incisae et inaequales, a. v. 1 et 2 c. 0,08, v. 3 c. 0,05; ΑΩ (Woodhouse). Ed. W. J. Woodhouse, *Journ. Hell. Stud.* 13, 1892/3, 348 nr. 15 (IG IX 1, 393) et Aetolia 1897, 325. Frustra quaesivi.

Δ
s. III/II a. (?) Δραικὼ
Νικολάου.


Ad nomen Δραικώ, dummodo recte lectum sit, de quo Dttb. valde dubitat, cf. nomen Δραικος (lectio

certa, ut ectypum docet) Chyretiis Perrhaeborum (A. S. Arvanitopullos, Ἐφ. 1917, 25 nr. 313 B_{17}); fortasse conferri potest etiam nomen probabiliter Macedonicum Δρακας, de quo vide L. Robert, *Gnomon* 35, 1963, 76. Plane autem dubius haereo de primo versu, quia ne id quidem scitur, utrum littera Δ sola incisa sit an sola legi potuerit.

---

608 In rupe quadam clivi templi (vide nr. 605 et 606), qui inter occasum et meridiem spectat. Titulus ita evanuit, ut nonnisi paucae litterae multo negotio agnoscantur. Ed. A. K. Orlandos, Δελτ. IX 1924/5, παρ. 64 cum delineatione infra reddita (Lerat I 86). Titulum contuli.

aet. imp.



Βικτωρίνου.

Iure ut videtur Lerat titulum sepulcralem putat.

Proxime ab hac rupe (c. 2,5 m ad septemtriones versus) abest alia rupes duobus versibus inscripta neque autem plura quam in superiore versu litteras TEA legere potui.

II. NAUPACTUS ET VICINIA

Nomen: Ναύπακτος.

Situs: *Navpaktos.*

Cf. Lerat I 38 ss. 86 ss.

609 LEX DE AGRIS DISTRIBUENDIS. Tabula aënea opisthographa *(A. B)* a. 0,143, l. supra 0,333, infra 0,325, cr. 0,003; angulus inferior sinister deest, tres reliqui foramina habent. Certus locus, quo tabula inventa est, ignoratur; altera fama nuntiat eam '2 ὥρας ἀνατολικῶς τοῦ Θέρμου, κατὰ τὴν θέσιν Ψώριανη, ἐπὶ τῆς ἀριστερᾶς ὄχθης τοῦ Εὐήνου' inventam esse, altera eam oriundam esse 'ἔκ τινος τόπου οὐχὶ μακρὰν τῆς Ναυπάκτου κειμένου'; nunc Athenis in Museo Nationali asservatur (inv. nr. 15124). Litterae βουστροφηδόν dispositae, sed vs. 22—25 inversa positura et ab altera manu incisae (a. vs. 1—21 0,005—0,01, vs. 22—25 0,005—0,013); de formis litterarum vide phot. tab. II 1. 2. Edd. N. G. Pappadakis, Ἐφ. 1924 (1927), 119 ss. cum imag. phot.; U. von Wilamowitz-Moellendorff, *SB Ak. Berl.* 1927, 7 ss. (= *Kl. Schr.* V 1, 467 ss.); S. Luria, *CR Ac. des Sciences de l'URSS* 1927, 216 ss.; P. Kretschmer, *Glotta* 18, 1930, 208 ss.; Solmsen-Fraenkel 46; C. D. Buck, *The Greek Dialects* (1955) nr. 59; L. H. Jeffery, *The Local Scripts of Archaic Greece* (1961), 403 cum phot. tab. 14,2, cf. 105 s. 108,2; Cl. Vatin, *BCH* 87, 1963, 1 ss. (omissis vs. 22—25). Cf. A. Meillet, *Rev. Phil.* 1928, 185 ss.; A. Ch. Hatzis, Ἐφ. 1927/8 (1930), 181 ss.; W. Schwahn, *Wien. Stud.* 48, 1930, 141 ss.; E. Fraenkel, *Glotta* 20, 1932, 84 ss.; E. A. Pezopulos, Πολέμων 1, 1929 (1933), 97 ss.; Lerat I 53. 76. II 9 s. 153[5]; M. P. Nilsson, Historia 3, 1954/5, 270 ss.; D. J. Georgacas, *Class. Philol.* 51, 1956, 249 ss.; D. Asheri, *Journ. Jur. Papyrology* 15, 1965, 313 ss. Tabulam ipsam contuli. *Phot.*

A

± 500 a. *a* → τεθμὸς ὅδε περὶ τᾶς γᾶς βέβαιος ἔστο κὰτ τὸν
← ἀνδαιθμὸν Πλακὸς Ὑλίας καὶ Λισκαρίας καὶ τõν ἀ-
→ ποτόμον καὶ τõν δαμοσίον. ἐπινομία δ' ἔστο γο-
← νεῦσιν καὶ παιδί, αἰ δὲ μὲ παῖς εἴε, κόραι, αἰ δὲ μὲ κόρα εἴε,
→ ἀδελφεõι, | αἰ δὲ μὲ ἀδελφεὸ⟨ς⟩ εἴε, ἀνχιστέδαν ἐπινεμέσθο κὰ(τ) τὸ |
← | δίκαιον, αἰ δὲ μὲ τοὶ ἐπίνομοι ΟΙΙ | ⟦ΟΝ⟧ *h*ότι δέ κα φυτεύσεται,
→ ἄσυλος ἔ{ι}στο, αἰ μὲ πολέμοι ἀνανκαζομένοις δόξξαι ἀ-
← νδράσιν *h*ενὶ κἐκατὸν ἀριστίνδαν τõι πλέθει ἄνδρας δια-

→ κατίος μεῖστον ἀξξιομάχος ἐπιϜοίκος ἐφάγεσθαι. *h*όστ-
← ις δὲ δαιθμὸν ἐνφέροι ἒ ψᾶφον διαφέροι ἐν πρείγαι, ἐν πόλι, ἐ-
→ ν ἀποκλεσίαι ἒ στάσιν ποιέοι περὶ γαδαισίας, αὐτὸς μὲ-
← ν Ϝερρέτο καὶ γενεὰ ἄματα πάντα, χρέματα δὲ δαμευόσθον
→ καὶ Ϝοικία κατασκαπτέσθο κὰτ τὸν ἀνδρεφονικὸν τετθμ-
← όν. ὅδε τετθμὸς ἱαρὸς ἔστο τõ ᾿Απόλλονος τõ Πυθίο καὶ τõν συνν-
→ [άον· ἔμεν τõι τα]ῦτα παρβαίνοντι ἐξξόλειαν αὐτõι καὶ γενεᾶι καὶ πά-
← ντεσιν, τõι δ' εὐσεβέοντι *h*ίλαος ἔστο. ἁ δὲ γ[ᾶ τὸ μὲν ἔμισον]

B

→ κομίζοιεν, ἀξιοδότας ἔστο τὰν αὐτõ ὄτινι χρέιζοι.
vacat unus versus
→ τõν ὐπαπροσθιδίον ἔστο, τὸ δ' ἔμισον τõν ἐπιϜοίκον ἔσ-
← ⟨τ⟩ο.
vacat unus versus
→ τὸς δὲ κοῖλος μόρος διαδόντο! ἀλλαγὰ δὲ βέβαιο-
← ς ἔστο, ἀλαζέσθο δὲ ἀντὶ τõ ἀρχõ.
(versus qui sequuntur inversi sunt)
b → [αἰ δὲ τοὶ] δαμιοργοὶ κερδαίνοιεν ἄλλο
← τõν γεγραμένον, *h*ιαρὸν τõ ᾿Απόλλο-
→ νος: ἐχέτο ἄγαλμα δι' ἐννέα Ϝετ-
← έον καὶ μὲ ποτιγράψαι κέρδος.

2 Πλακὸς ῾Υλίας Luria, Πλακοσυλίας Pappadakis, Kretschmer, Πλακὸς ὑλίας Wilamowitz, Solmsen-Fraenkel, πλακὸς ῾Υλίας Pezopulos, Hatzis, Buck, Jeffery || 5/6 litterae lineis circumdatae in rasura exstant || 5 Ϻ potius error quam littera *Ssade;* ἀνχιστί[ν]δαν S.-Fr. contra tabulam || 6 τοὶ ἐπίνομοι Papp., Jeff., τõι ἐπινόμοι Wil., Lur., Pez., Kretsch., S.-Fr., Buck, Georgacas; ΟΙΙ⟦ΟΝ⟧ (i. e. ΟΝ erasum) certa lectio, quam probant etiam Pez., Buck, Georg., Jeff. (l. c. 105[1], aliter 403), ΟΜ . ΟΝ Papp., Wil., Lur., S.-Fr. || 7 ἔ{ι}στο recte Jeff., Vatin, ἔστο reliqui || 10 ἐν (tris) Papp., Wil., Lur., Kretsch., Vat., ἒ 'ν S.-Fr., Buck, Jeff. || 12 fin. δαμευόσθον certa lectio || 15 in. suppl. Wil. (Lur., Kretsch., S.-Fr., Buck), [άον· τõι μὲν τα]ῦτα Papp. iusto brevius, [άον· ἔμεν δὲ τõι τα]ῦτα Jeff. iusto longius || 15/6 πά|ντεσιν recte priores, πα|μάτεσιν Buck, Jeff. contra tabulam || 16 fin. suppl. Papp. || 17 τάν Papp., Buck, τᾶν Wil., Kretsch., S.-Fr. || 18 ὑπαπροσθιαίον frustra defendit Pez., ὑπαπροσθιδίον certum || 19 in. ΙΟ || 22 in. suppl. Wil. (reliqui), αἰ | δέ τι τοὶ] Papp. || 23/4 *h*ιαρὸν τõ ᾿Απόλλονος ἐχέτο Buck, Jeff.(?), *h*ιαρὸν τὸ ᾿Απόλλονος ἐχέτο Papp., Jeff.(?), *h*ιαρόντο (vel *h*ιαρõν τõ) ᾿Απόλλονος ᾿Εχέτο Wil., Pez., Kretsch., S.-Fr.

Continet tabula titulos duos *(a. b);* nam etiam v. 17 ad titulum *a* pertinere (Papp.), non finem tertii cuiusdam tituli esse (Wil.) vel litteratura, quae plane eadem est, docet. Ut initium posterioris tituli *b* sic etiam initium prioris tituli *a* in alia tabula exaratum fuit. V. 16 (*h*ίλαος ἔστο) finem praebet legis cuiusdam de agris distribuendis; sequuntur duo additamenta, quorum alterum vs. 16 fin. et 18/9, alterum vs. 20/1 amplectitur. Quod autem ad v. 17 attinet, hoc videtur probabiliter concludendum esse scribae, qui, ut condicio vs. 5 et 6 indicat, errorem quendam corrigere studuit, spatium non suffecisse ideoque eum reliqua verba enuntiati in postica parte tabulae exarasse. Scilicet tum demum additamenta legis addita sunt. De titulis autem ipsis, qui non omni parte faciles intellectu sunt, adeas imprimis commentaria, quae Pappadakis, Wilamowitz, Vatin composuerunt. Unde nonnulla tantum, quae videntur gravioris momenti esse, hic adnotari possunt.

V. 1 τεθμὸς ὅδε· sc. τεθμὸς in tabula antecedenti exaratus. 2 Πλὰξ ῾Υλία καὶ Λισκαρία· nomina locorum obscura. — τõν ἀποτόμον· haud dubie intellegendi sunt fundi separati (privati), cf. ἐξαίρετος Syll.[3] 141_3. 3 ἐπινομία· optime vero de hoc titulo explicando meritus est Vatin, qui contra omnes priores demonstravit vocem ἐπινομία hic non ut solet ius pascendi significare sed *'attribution de l'héritage'*, cf. l. c. 7 ss. Suo iure iam Nilsson l. c. 270 monuerat: *'Die Aufteilung des Weidelandes in individuelle Lose widerstreitet allem, was wir sonst wissen. Das Weideland war im Altertum gemeinsamer Besitz.'* 6 De hoc versu interpretando maxime dissentiunt viri docti. Nihil sane interest eorum, qui falsa lectione ΟΜ.ΟΝ nisi sunt, varias interpreta-

tiones afferre. Itaque satis habeo eorum tantum sententias enumerare, qui vera lectione usi sunt. Quam qui primus agnovit, Pezopulos, proposuit intellegere: 'αἰ δὲ μέ, τõι ἐπινόμοι (= κληρονόμωι), ὃι ἰόν (ἐνν. ἐστι), τουτέστιν ᾧ ἔρχεται, ἢ ᾧ καθήκει τὸ ἐπινέμεσθαι'. Buck autem legere vult: αἰ δὲ μέ, τõι ἐπινόμοι ⟨ὀμ⟩οἰιον, id quod interpretatur: *'like, similar' persons as referring to collateral relatives, not within the limits of technical kinship*. Georgacas vero intellegit οἶιον = ὧν τινων, i. e. *'if not, to the heir from among whomsoever'. The conclusion, therefore, is that the postclassical meaning of* οἶος = ὅς *really did occur dialectally much earlier.* Contra Vatin, qui suo iure putat v. 17 ad v. 6 pertinere, dicit: *Il ne faut sans doute pas tenir compte des traces de lettres qui suivent* επινομοι *et qui sont simplement mal effacées. – – la phrase* αι δε με τοι επινομοι κομιζοιεν αξιοδοτας εστο ταν αυτο οιτινι χρειζοι *demeure à peu près inintelligible; on est évidemment tenté d'interpréter: 'mais s'il n'a pas d'héritiers légaux, qu'il ait la faculté de laisser son bien à qui il veut'. Or, de quelque façon qu'on retourne les mots grecs, on ne peut parvenir à leur faire dire cela sans violenter outrageusement et la syntaxe et le vocabulaire.* Revera omnes interpretationes plane incertae sunt, quamdiu non constat, quid litterae post ἐπίνομοι exstantes sibi velint. Liceat tamen etiam propriam opinionem afferre. Fortasse sic fere intellegendum est: 'sin autem heredes – – non accipiunt(?) , ius habeto dandi suam terram, cuicumque volet'.

7 Cum reliqui post vocabulum ἔστο interpungant, recte Luria et Vatin perspexerunt vs. 6 fin. — 9 unum tantum enuntiatum comprehendere. — δόξξαι· cf. v. 9 ἀξξιομάχος et v. 15 ἐξξόλειαν (sed v. 17 ἀξιοδότας). De hac scribendi ratione vide P. Amandry, *BCH* 64/5, 1940/1, 61 s. 75. 8 τõι πλέθει· i. e. maiori parti (centum unius virorum). 15/6 πά|ντεσιν· *'ist Neutrum'*, Wil. 17 τὰν αὐτõ· 'τάν *acc. sg. after the verbal notion implicit in* ἀξιοδότας. *Cf.* τὰ μετέωρα φροντιστής, *Plato'*, Buck. Ceterum cf. ad v. 6. 22 De damiurgis cf. ad nr. 720. 23/4 Etiam de hoc loco interpretando magnus est dissensus. Equidem autem persuasum habeo iam primum editorem verum vidisse. Certe cognomen Ἔχετος novum esset (*'der dasselbe bedeuten wird wie* ἐχέτας, *also den Gott als den Besitzer des Landes, wohl nicht nur der* ἱερὰ γῆ, *sondern überhaupt als Landesherrn bezeichnet'*, Wil.), sed v. 14 Apollo cognomen Πύθιος habet. Ergo ἐχέτο sc. fanum τõ (sic) Α. ἄγαλμα.

Et aetas et origo tabulae dubiae sunt. Aetatis fines extremi coniciuntur c. 525—500 (Jeffery l. c. 105) et 460—450 (Vatin l. c. 16); equidem praetulerim annos proximos anno 500. Quod autem ad originem attinet, litteratura est Locrica, non Aetolica (Jeffery ibidem), itaque fama tabulam a vicinia Naupacti oriundam esse (vide lemma) verisimilior est, praeterea Naupacti templum quoddam Apollinis notum est. Itaque ut iam Pappadakis et Wilamowitz hanc tabulam Naupacto ipsi attribuerim; nam suo iure dixit Wilamowitz l. c. 12: *'Die weiter westlich gelegenen lokrischen Orte sind niemals zu irgendwelcher Bedeutung gelangt, so daß es schwer fällt, unsere Inschriften einem von ihnen zuzutrauen.'* Atque utique mihi quidem ratio habenda videtur eius sententiae, quam iam primus editor protulerat (l. c. 141): 'οὕτω δὲ ὁ τεθμὸς καὶ προαγγέλλει πως, ἐν στ. 7—9, γενεᾷ πρότερος τοὐλάχιστον, τὴν ἐν τῷ πίνακι τῆς Οἰανθείας [potius τοῦ Χαλειοῦ, nr. 718] ἐποίκησιν ἐξ Ὀποῦντος ἐκείνην· διότι βέβαια καὶ οἱ ἡμέτεροι ἐπίϝοικοι θὰ ἐξῆλθον ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἀνεξαντλήτου διὰ πολυανθρωπίαν παλαιφάτου Ὀποῦντος'. Cf. etiam Oldfather, *RE* XVI 1986. Alii aliter de hac re censent velut Lerat et Vatin.

---

610 DECRETUM. Naupacti 'ad portam' (Cyriacus); iam Lolling frustra quaesivit. Ed. Cyriacus (Epigrammata reperta per Illyricum a Cyriaco Anconitano apud Liburniam, c. 1660) p. VIII nr. 61 (CIG I 1758; Le Bas-Foucart II 1025; *Bezzenb. Beitr.* VII 252 nr. 5; *GDI* 1428; IG IX 1, 388).

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ . ΔΕΑΡΟΥ. ΚΑΠΠ.

ἐπὶ Στασία ⟨θ⟩εαροῦ ΚΑΠΠ – –

Corr. F. G. Osann, Sylloge inscriptionum antiquarum (1834) 161[12]. — Ultimas litteras Dttb. ⟨Ν⟩α⟨υ⟩π[ακτίων – –] interpretatur.

'Initium decreti', Boeckh coll. nr. 654. — Eandem nominis formam (pro Στασέας) habes tit. Camir. 3 Δ a_{31} et 54_8 (Ἀργεῖος); ceterum cf. Wilhelm, *Att. Urk.* V 138.

---

611 DEDICATIO. Naupacti in vestibulo templi cuiusdam Turcici exscripsit W. M. Leake et edidit *Travels in Northern Greece* II 1835 tab. XXIII nr. 104 (Le Bas-Foucart II 1029; Kaibel, Epigr. Gr. 1071; E. Cougny, Anth. Pal. III 1890, 317 nr. 159. 374 nr. CLIX; IG IX 1, 390). Cf. L. Robert, Hellenica IV 83 ss.; W. Peek, *Wiss. Zschr. Univ. Halle, Ges.-Sprachw.* 4, 1955, 219 (SEG XV 354). Lolling et ego frustra quaesivimus.

s. IV p. (?) ⟨λ⟩ουτρὸν μὲν [π]ρ[ο]-
{νος} χέω (*sic*) Νύμφαι[ς],
⟨θ⟩νητοῖσι δ' ὑγείην

†ΦΩΣΧΑΡΙΝΗΣ†⟨'Α⟩[ν]-
δρέας θῆκ' εὐνο[μί]-
ης ἰθυντήρ με.

1—3 suppl. Kaibel coll. Anth. Pal. IX 684_3: Νύμφαις μὲν προχέω λουτρόν, θνητοῖσι δ'ὑγείην, Robert [.]ρ|νος (= nomen fontis) χέω || 1 Δ Leake || 3 Ο idem || 4—6 ΦΩΣΧΑΡΙΝΗΣΛ. | ΔΡΕΑΣΘΗΚΕΥ ΝΟ|ΗΣΙΘΥΝΤΗΡΜΕ idem, ⟨ὧν⟩ χάριν ⟨ἐκτε⟩λ|⟨έσ⟩ας θῆκ' Εὔνο|⟨μο⟩ς ἰθυντήρ με Kaibel, φῶς, χάριν ΗΣ(?) ⟨'Α⟩[ν]|δρέας θῆκ' εὐνο[μί]|ης ἰθυντήρ με Rob., τ̣ο̣[ῖ]ς χάριν ἐ̣ξα̣|ν̣ύ̣σ̣ας θῆκ' Εὐνό|μ̣[ι]ς ἰθυντήρ με Peek.

V. 6 ''Ιθυντήρ εὐνομίης *convient parfaitement à un gouverneur, ou à un vicaire ou à un préfet du prétoire. -- Au IV^e siècle les textes relatifs à des gouverneurs emploient fréquemment* ἰθύνειν *ou* εἰθύνειν', Robert l. c. 86.

MANUMISSIONES

I. EX AESCULAPIO NAUPACTIORUM.

De situ atque reliquiis cf. Lerat I 90. Tituli aut in rupe meridionali collis desecti, in quo fanum fuit, aut in lapidibus inde in oppidum devectis exstant.

612 In rupe Aesculapii, in media fere parte. Litt. alt. 0,015—0,025, interv. vers. c. 0,01; ΑΜΣ, bonae formae. Edd. R. Weil, *Ath. Mitt.* 4, 1879, 25 *c*; Dittenberger IG IX 1, 366 ex apographo Lollingii. Titulum contuli. *Ect.*

s. III^2 a.
[στρ]αταγέοντ[ο]ς – – – c. 12 – – –
. . . . Α – – – – – c. 20 . – – – –
. . . ΑΙΕ . . c. 6 . . Τ – – – c. 12 – – –
. . . ΕΝ 2–3 ΔΑΜ – – c. 14 – – –
[ἀπέ]δοτο Δ̣αμα – – – c. 14 – – –
[τ]οῖ 'Ασκλαπι[ο]ῖ τ[οῖ ἐν Ναυπάκτοι]
[σῶ]μα ἀνδρεῖον, [ὧι ὄνομα – c. 6 –]
. . .ς, τιμᾶς ἀρ[γυρί]ου μνᾶν – c. 4 –.
[β]εβαιωτὴ[ρ Λύ]κος [Τ]ιμάν[δρου].
[μάρ]τυρ[οι Φαλ]ακρίων Φι – c. 6 –
– – – c. 11 – – . Πί̣θω[ν] Σωσιν̣ι̣[κο.]
– – – – c. 13 – – – – ΣΧ . . . Ε/ – c. 5 –
– – – – c. 14 – – – – – Σ̣ – c. 10 – – –
– – – – – – – – – – – – – – – – – – – –

Litteras priorum editorum, quas non iam recognovi, linea subscripta insignivi. — Suppl. Weil et Dttb. || 3 in. ΑΙΚ Weil, Α . Ε . . . . . . Τ Loll. (γραμμ]α[τ]ε[ύοντος] τ[οῖς θεαροῖς] Dttb.), ΑΙΕ certa lectio || 9 fin. legit et suppl. Kla., Σ̣ . ΜΑΙΙ Loll. (Σ[α]μά[νδρου? Dttb.) || 11 fin. Σωσίνι[κος] (Dttb.) aut Σωσινί[κου].

Litterarum formae alteram saec. III a. partem indicare videntur.

---

613 In rupe Aesculapii, a dextra tituli nr. 618. Litt. alt. 0,015—0,02, interv. vers. c. 0,008; ΑΜΠΣ. Ed. Dittenberger IG IX 1, 370 ex apographo Lollingii. Titulum contuli. *Ect.*

a. 205/4
στραταγ[έ]ο[ντος]
[Σκόπ]α Τ[ρ]ιχονίο[υ]
[τὸ] τρ̣[ίτ]ον, μηνὸς Εὐ[θυ]-
[αίου] ἀπ[έ]δοτο Διο̣ – –
[Ναυ]π̣ά̣[κτιο]ς τῶ[ι 'Α]σκλα[πιῶι]
[τῶι] ἐν Ναυπάκτωι σῶμ[α ἀν]-
[δρ]ε̣ῖον, [ὧι . . .]ελας̣ ὄν̣ο[μα, τὸ γέ]-
[ν]ο[ς . . . 6 . .]ν τιμᾶς ἀ[ργυ]ρίου – –.
[βεβαιωτὴρ κα]τὰ τὸ ἥμισυ̣ Φ̣ι̣λο-
[. . c. 6 . .Π]οσειδωνίο[υ Τρ]αγά[ντι]-
[ος(?), κ]ατὰ τὸ ἥ[μισυ – – – – – – – –]
. . ος. μάρτυρες – – – – – – – – – – – –
'Αντικράτης, 'Επι⁝ – – – – – – – – – – –
φ̣ι̣λος, Κλέων, Β̣ – – – – – – – – – – – –
α[ς], 'Επικράτης, Σ – – – – – – – – – –
. . . . c. 9 . . . . ΑΣΑ – – – – – – – – – – –
. . . . . c. 11 . . . . .Λύκος̣ – – – – – – – – –
– –

Legit et supplevit Kla.; Lollingii valde mancum apographum nihil fere conducit || 3 fin./4 in. iam Dttb. || 10 ΙΔΩΝΙΟΣ Loll. || 14 med. ΝΚ idem || 16 med. ΣΣ idem.

V. 2 E numero praetorum Aetolorum, qui a Trichonio oriundi eo tempore, quod tituli litterarum formae produnt, tertium munere functi sunt, propter spatium solus Scopas in censum venit. Cuius tertia praetura mea quidem sententia anno 205/4 assignanda est (cf. IG IX 1^2 1 ad nr. 31_{106}); dubitat R. Flacelière, *Les Aitoliens à Delphes* 1937, 310^2. 3 Εὐθυαῖος· mensis quintus Aetolicus. 9 βεβαιωτὴρ κατὰ τὸ ἥμισυ· cf. J. Partsch, *Griech. Bürgschaftsrecht* I 254ss. 10 Τραγάντιος· de hoc ethnico ignoto cf. IG IX 1^2 1 ad nr. 109_8. 13 et 15 'Αντικράτης Ναυπάκτιος nr. 638, 12 et 'Επικράτης Ναυπάκτιος nr. 638,3, uterque recentioris aetatis, probabiliter alii habendi sunt.

614 In rupe Aesculapii, in dextra parte. Litt. alt. 0,017—0,022, interv. vers. 0,01; Α et ΑΜΠΣ et ΣΩ. Edd. Le Bas-Foucart II 992 (per errorem inter titulos Stirienses Phocidis); R. Weil, *Ath. Mitt.* 4, 1879, 24*b*; Dittenberger IG IX 1, 364 ex apographo Lollingii; Lerat I 68[3] ex apographo meo (SEG XII 291). Cf. IG IX 1[2] fasc. 1 p. LII adnot. Habui etiam apographum Rhusopuli (1868). Titulum contuli. *Ect.*

a. 201/0 [στραταγέοντος Ἁγήτα Καλλ]ιπολ[ί]τα τ[ὸ δεύ]-
[τερον, μηνὸς ....c. 11.... ἀπ]ἐ̣δοντο[Μ]νασικλ[ῆς]
[καὶ ——————c. 18—————— τ]ο̣ῖ Ἀσκλαπιοῖ τοῖ ἐν
[Ναυπάκτοι σ]ῶμα ἀνδρεῖ[ον, οἷ ὄ]ν̣ομα Π̣ρατίων, τὸ
[γένος ...c. 7...]μο[ν] ἀργυρίου ΜΜΜ. βε̣[β]αιωτὴρ
[κατὰ τὸν νό]μον ..c. 5.. ω̣ν Ἀκωτιεύς. μά[ρ]τυροι Π̣α̣-
....c. 10.... μος̣, ...γ̣ης, Ἀριστοκ̣[ρ]άτη[ς], Λύκος,
[...c. 8..., Δημ]ήτ[ριος] Ναυπάκτιοι, Λ. .c. 6. .λιανός.

vacat

Litterae linea subscripta insignitae a prioribus editoribus lectae sunt, hodie autem evanuerunt. — Suppl. Dttb., vs. 1. 2 in. 8 med. Kla. || 1 med. ϽΓΟΛ Lolling (Ματρ]οπολ[ί]τα Dttb.), ΙΓΟΛ Rhus., rupes || 1 fin. ΤΑΙ Le Bas, ΤΑΤ̣ Rhus., cuius lectio ectypo confirmatur, in quo alterum Τ nunc certo dispicio (antea Γ legi, unde γ[ραμμα|τεύοντος θεαροῖς ——] apud Lerat l. c. suppleveram) || 2 med. probabiliter Ἱπποδρομίου || 6 med. ethnicum rectum agnovit Lerat, —— να Κωτιεύς Dttb.; —— ω̣ν Kla. || 6 fin. idem || 7 med. ΜΟΣΙ ... ΓΗΣ Rhus. || 8 med. ΗΣΤ. Weil, ΙΙΗΣ... Loll., ΗΤΓΙ.. Rhus., in rupe nonnisi ΗΤ legitur || 8 fin. legit Kla.; scilicet subest ethnicum ignotum.

V. 1 Cum pro ethnico Ματροπολίτας, de quo iam Pomtow dubitaverat, nunc certa ratione Καλλιπολίτας supplendum sit, duo tantum praetores Aetolorum e Callipoli oriundi in censum veniunt, Ἁγήτας et eius filius Λόχαγος. Filius autem nonnisi semel, quod sciamus, praetor fuit, pater bis. Ergo hic supplendus est. Cuius alteri praeturae c. a. 201/0 tribuendus est, cf. IG IX 1[2] l. c. p. L. 6 Ἀκωτιεύς· de hoc ethnico cf. Lerat I 68. 95. 191. 7 Ἀριστοκράτης· cf. ad nr. 624 f_{15}. 8 Δημήτριος Ναυπάκτιος· cf. ad nr. 621_{12}.

---

615 In rupe Aesculapii, a dextra tituli nr. 612. Litt. alt. c. 0,02, interv. vers. varians; ΑΜΣ, bonae formae. Edd. vs. 1—7 R. Weil, *Ath. Mitt.* 4, 1879, 24*a*; Dittenberger IG IX 1, 357 ex apographo Lollingii; vs. 9 ss. idem l. c. 358 ex apographo eiusdem. Cf. G. Daux, *BCH* 56, 1932, 322 s. Titulum contuli.

a. 199/8 στραταγέον[τ]ος Χαλέπου,
γραμματ[έο]ς δὲ Μ̣ενάρχου,
ἐπὶ ἱερέος ....κ.ου, μηνὸς 1-2 Υ
ΙΟΥ ἀπ[έδοτο ...]δ[ω]ρος ΓΑ/..ΙΟΣ [τῶι Ἀ]-
σκλαπ[ιῶι σῶμα ἀ]νδ[ρεῖον ..c. 6..]\ ——
2-3 Α.....c. 11.....Ι....c. 8....ΡΙ ——
......c. 13......ΟΥ...c. 7...ΓΘ ——
—————————————— —— .
—— ΙΟΣ̣ΑΣC —— ————— ———
—— ΕΙΘΗΣ ——————————————
[Να]υπάκτ[ι]οι ——————————————
——— Ν ——————————————

————— Ο
—— Α.ΕΥΣ
—— ΤΩ ——

– – ΔΑΚ – – – – – – – – – – –
– – Ρ – – – – – – – – – – – –
– – – – – – – – – – – – – – – – – – –

Litterae linea subscripta insignitae hodie perierunt. — Suppl. Weil et Dttb. || 2 vel Ξενάρχου, Lerat II 125. 229 || 3/4 mensis nomen dubium; μηνὸς – – | ΙΟ Weil, μηνὸς ⌒Υ|ΙΟΥ Lolling, μηνὸς . . Υ|ΙΟ Nikitsky (*Die geographische Liste der delphischen Proxenoi, Jurjew* 1902, 14), cf. infra || 6 med. Τ pro Ι Weil || 7 Δ pro ΟΥ et \Ο pro ΓΘ idem || 10 [᾿Αριστοπ]είθης(?) Dttb. || 11 ΥΠΑΚΤ . ΟΙ Lolling, suppl. Kla. ([ἐν Να]υπάκτοι Dttb.).

Ante rupem mihi certum esse videbatur vs. 9 ss. ad praecedentem manumissionem pertinere (hodie vs. 7 et 8 fractura interierunt), sed eas litteras a Lollingio exscriptas, quas Dttb. in initio tituli IG IX 1, 358 exhibet (v. 2 [γραμμ]α[τ]εύς supplet), ad aliam manumissionem a sinistra positam. — V. 1 Praetor Aetolorum Chalepus Naupactius a. 199/8 munere functus est, cf. IG IX 1² fasc. 1 p. L. 2 Hic scribam Aetolorum, non thearorum Naupactiorum (ut vult Lerat II 125. 229) intellegendum esse suo iure monet Dttb. 3/4 Lectiones nomen mensis Θυῖος (Dttb.) indicare videntur. Sed Nikitsky et Daux ll. cc. probant huic mensi nullum locum in fastis Aetolorum dari posse et potius de supplemento [᾿Αγ]υ[ε]ίου aut [Βο]υ[κατ]ίου cogitant, probabiliter recte. An vitium scribae, qui Εὐθυαίου scribere debuit, statuendum est? 9 ss. Haud dubie hic testes manumissionis enumerati erant atque primo quidem Naupactii.

---

616 Tabula lapidis calcarii a. 0,46, l. 0,56, cr. 0,20, quondam gradus vicibus functus in scalis domus, quam Naupacti a. 1933 possidebat Κόστας Παπαϊωάννου, ubi tum vidi et contuli, nunc Naupacti in bibliotheca Παπαχαραλάμπειος. Litt. alt. 0,015—0,016, interv. vers. c. 0,005; Α Μ Π Σ Ω. Titulus hodie pedibus valde detritus est. Ed. W. J. Woodhouse, *Journ. Hell. stud.* 13, 1892/3, 338 s. nr. 1 et Aetolia 313 s. nr. 1 cum delineatione (IG IX 1, 359; Michel 1419; Schwyzer 389, cf. M. N. Tod, *Ann. Brit. Sch.* 28, 1926/7, 144, 23); E. Mastrokostas, *Rev. ét. anc.* 66, 1964, 298 s. nr. II. *Ect.*

a. 195/4 στραταγέοντος Δικαιάρχου Τρι-
χονίου, μηνὸς ῾Ιπποδρομίου ἀπέδο-
το ᾿Επικράτεια Ναυπακτία σῶμα γυναι-
κεῖον, ἅι ὄνομα Πραξώ, καὶ τὸ παιδάριον αὐ-
τᾶς ῾Ηρακλειόδωρον, τὸ γένος Σκύριοι, τ[ῶι]
᾿Ασκλαπιῶι τῶι ἐν Ναυπάκτωι ἀργυρίο[υ]
M. βεβαιωτὴρ κατὰ τὸν νόμον Δαμοκρ[ά]-
της Ναυπάκτιος. μάρτυρες Φίλων
Φαιδίμου, Περιγέν^{v}ης, Σατυρῖνος,
Νικίας Νικολέωνο^{v}ς, Φύσαλος, ᾿Αρί-
στων, Γραμματεύς, ^{v} Πολέμαρχος,
᾿Αλέξανδρος ὁ θευκ^{v}όλος. τὰν ὠνὰν
φυλάσσοντι οἱ ἄρχοντες Δίων,
Πολύκριτος, Κλεόξενος.

Litteras, quas a. 1933 solas in lapide agnoscere potui, lineis subscriptis insignivi; vs. 11—14 demum lapide e scalis remoto apparuerunt || 5 med. ῾Ηρακλειδῶρον Mastrokostas per errorem || 7 fin. Dttb., Δαμοκρ[ί]της Woodhouse, Mast. || 9 fin. Σατυρί⟨ω⟩νος Dttb., '*à ne pas corriger*' suo iure Lerat II 220 s. v. Σατυρῖνος.

V. 1 Δικαίαρχος (᾿Αλεξάνδρου) Τριχόνιος prima praetura a. 195/4 functus est, cf. IG IX 1² fasc. 1 p. LI. 2 ῾Ιπποδρόμιος· decimus mensis Aetolicus. 5 'Nominativus Σκύριοι neglegentia in titulis haud

infrequenti pro accusativo exaratus', Dttb. 7 Δαμοκράτης Ναυπάκτιος· cf. ad nr. $639,6_{26}$. 8 Φίλων Φαιδίμου (Ναυπάκτιος)· idem haud dubie μάρτυς manumissionis Naupacti etiam nr. 617. 10 Νικίας Νικολέωνος (Ναυπάκτιος)· probabiliter idem μάρτυς manumissionis Naupacti etiam nr. 617 et custos manumissionis ibidem nr. 625*a* (falso Mast.); filius est Νικολέων II Νικία, γραμματεὺς θεαροῖς nr. 639,3 (Nachmanson, *Ath. Mitt.* 1907, 64). — Φύσαλος· de nomine cf. Bechtel, *H. P.* 587. 11 Γραμματεύς· quia articulus ὁ deest, hoc vocabulum non cum nomine praecedenti Ἀρίστων coniungi neque designatio magistratus (sc. thearorum) intellegi potest sed potius nomen proprium interpretandum est. Quod nomen sane videtur perrarum esse, siquidem unum tantum aliud testimonium invenire potui: CIG IV 6904 = stela sepulcralis incertae originis et Romanae aetatis in museo Veronensi. Contra Mast. designationem magistratus praefert et cum sequenti nomine Πολέμαρχος coniungit. Qui ante γραμματεύς interpungens quomodo contextum tituli intellexerit, nescio. 12 ὁ θευκόλος· cf. ad nr. 619_6. 14 Κλεόξενος Ναυπάκτιος· Mast. de viro cognomini nr. 623_9 admonet, sed hic titulus videtur serioris aetatis esse. Ceterum quae Mast. de Aristone (v. 10), Polemarcho (v. 11), Alexandro (v. 12), Polycrito (v. 14) adnotat, omnia incerta sunt.

---

617 Lapis calcarius ab utroque latere desectus, ut eisdem scalis atque nr. 616 insereretur, ubi eum a. 1933 vidi et contuli, a. 0,40, l. 0,54, cr. 0,18; nunc Naupacti in bibliotheca Παπαχαραλάμπειος. Litt. alt. 0,015 —0,02 (o minus), interv. vers. varians; Α Μ Σ Ω. Titulus sicut nr. 616 hodie detritus. Ed. W. J. Woodhouse, *Journ. Hell. stud.* 13, 1892/3, 339 s. nr. 2 et Aetolia 314 s. nr. 2 (IG IX 1, 360); E. Mastrokostas, *Rev. ét. anc.* 66, 1964, 299 s. nr. III. *Ect.*

a. 193/2 [στραταγέοντος Δα]μοκρίτου Καλυδωνίου τὸ δεύτε[ρον],
[γραμματεύοντ]ος δὲ θεαροῖς Δαμονίκου τοῦ Δαμο – –,
[μηνὸς . . . c. 7 . . .]ου ἀπέδοτο Φιλοστέφανος Ναυπάκτ[ιος τῶι]
[Ἀσκλαπιῶι τῶι ἐ]ν̣ Ναυπάκτοι σῶμα γυναικεῖον, ἇι ὄν[ομα]
[. . . c. 8 . . . , τὸ γέ]νος ἀπὸ τοῦ Ἄθου, τιμᾶς ἀργυρίου ΜΜΜ[Μ ?].
[βεβαιωτῆρες κ]ατὰ τὸν νόμον Εὔδικος Ἀμοίβα, – – –
[. . . . c. 9 . . . . μάρ]τυροι Λύκος Πύρρου, Δαμέας Νικία, – –
. . . . . c. 12 . . . . .ς, Φίλων Αἰσχρίωνος, Φίλων Φαι[δίμου, – –]
[. . . c. 7 . . . , Νικία]ς Νικολέωνος, Δαμόνικος Δα[μο – – –]
[. . . c. 8 . . . ἁ ὠνὰ] παρὰ τοὺς ἄρχοντας Δαμόνι[κον, – – –]
. . . . . c. 12 . . . . . στρατον, Πολεμοκράτη *vac.*
[*vac.* c. 6(?) καὶ Δα]μ̣αίνετον Θαύμωνος *vac.*
[. . . . *vac.* c. 12 . . . . .] Ναυπάκτιον. *vac.*

Litterae, quae in lapide aut in ectypo lapidis e scalis remoti legi possunt, lineis subscriptis insignitae sunt. — Suppl. Woodhouse || 2 fin. Δαμο[νίκου ?] Mastrokostas || 5 med. Ἄθου lectio certa, Ἀόου voluit Dttb., cf. infra || 5 fin. Kla. propter spatium, ΜΜΜ Mast. || 6 in. Kla., Mast., βεβαιωτήρ priores, sed spatia pluralem postulare videntur || 6 fin. Ἀμοίβα – – lapis, Ἀμοι – – aut Ἀμθι – – Woodh., Ἀμ⟨φ⟩ι – – Dttb. || 7 in. μάρτυρες Ε]ὐροίδυκος Woodh., corr. Dttb. (Λύκος certa lectio) || 9 fin. Δαμ[ονίκου ?] Mast. || 10 in. probabiliter Ναυπάκτιοι Kla. || 10 fin. post Δαμόνι[κον denuo Δαμονίκου ? Mast.

V. 1 Δαμόκριτος (Στρατάγου) Καλυδώνιος· iterum praetor Aetolorum a. 193/2, cf. IG IX 1² fasc. 1 p. LI. 2 De eponymo magistratu Naupactiorum, scriba thearorum, cf. Lerat II 122 s. — Δαμόνικος Δαμο – – Ναυπάκτιος non idem est atque nr. 639, 11 et 12 (Mast.), quod hi tituli serioris aetatis sunt. 5 '*Pro monte Thracio notissimo malui fluvium Illyricum ne ipsum quidem ignobilem intellegere*', Dttb., qui flexionem nominis Athonis plane inauditam putat. Sed Steph. Byz. s. v. Ἄθως tradit: 'εἴρηται δὲ καὶ Ἄθοος – – λέγεται καὶ κατὰ συναίρεσιν Ἄθους'. Conservandum igitur est alterum exemplum huius genetivi, ad quod delegat G. Daux,

BCH 1965, 301[3]: IG XII s 347 II$_9$ ἔσω ῎Αθο (i. e. ῎Αθου), non mutandum in ῎Αθ⟨ω⟩. 6 ᾽Αμοίβας· ad nomen cf. Bechtel, *H. P.* 520. 7 Λύκος Πύρρου (Ναυπάκτιος)· idem μάρτυς manumissionis ἐν Κρουνοῖς nr. 640*e* (Mast.). Filius ut videtur est Πύρρος Λύκου Ναυπάκτιος p. XIX$_{19}$. 8 Φίλων Φαι[δίμου] (Ναυπάκτιος)· cf. ad nr. 616$_8$. 9 [Νικία]ς Νικολέωνος (Ναυπάκτιος)· cf. ad nr. 616$_{10}$. 12 Θαύμων·ad nomen cf. Bechtel, *H. P.* 199.

---

618 In rupe Aesculapii, in dextra parte. Litt. alt. 0,02, interv. vers. 0,008; ΑΣ et ΣΩ. Edd. Dittenberger IG IX 1, 369 ex apographo Lollingii; Lerat I 40[1] ex apographo meo (SEG XII 293). Cf. W. Dittenberger, *Herm.* 32, 1897, 182 ss.; A. Nikitsky, *Žurn. Min. Nar. Prosv.* 1910, *Dekabr* 119 ss. [non vidi], 1911, *Fevral* 71[1]; H. Swoboda, *Staatsaltert.* 332[6]; G. Busolt–H. Swoboda, *Gr. Staatskunde* II 1513. 1529[5]; Lerat II 80 ss. 88; P. M. Fraser, *Gnomon* 26, 1954, 253 s. *Ect.*

c. 200—180 a.

[βουλαρ]χέοντος τ[οῦ Λο]-
[κρικοῦ τ]έλεος Λ̣. .$^{4-5}$. .
[νος ᾽Αγρ]ινιέος, [μηνὸς Ε]ὐ-
[θυ]αίου ἀπέδοτο Κλ[έω]ν
[Ε]ὐ̣αν[δ]ρίδα Νι̣λ̣ίωνα τῶι
᾽Ασκλαπιῶι ἀργυρίου 𐅅.
[β]έ[β]αι[ο]ς δὲ ἔστω ἁ ὠνὰ
τῶι [θεῶ]ι, ἐπεί κά τι Κλέων
[π]άθηι. [βεβαι]ωτῆρες ᾽Αν *vac.?*
. . . ΥΙ Ι[. . , Λ]άμιος Οἰκυλ[η]-
ε̣ῖ̣ς. τὰ[ν ὠ]νὰν φυλάσσ[ον]-
τι οἱ ἄ[ρχον]τες Διοκλῆς,
Π̣άσων, [Ν]ικίας, Λεο̣ν̣[το]-
[μ]ένης. μ[άρ]τ[υρ]ο[ι – – –]
.$^{3-4}$. ΑΙ – – – – – – – –

Suppl. vs. 1. 2. 12 Dttb., reliquos Kla., qui et lectiones Lollingii multifariam auxit vel correxit || 3 in. Nachmanson, *Ath. Mitt.* 1907, 60[2], cf. etiam nr. 625a_2 (inde supplementum νος), Κυτ]ινιέος Dttb. || 5 aut [Ε]ὐαν[ο]ρίδα || 13 in. Π̣άσων nunc mavult Kla. quam [Θ]ράσων, cf. nr. 620$_{11}$, non habet Lolling.

V. 1 ‘τέλος hic ut ubique in rebus publicis partem quandam maioris corporis significat, ut ex hac voce iure meritoque colligas, aliquando Aetolorum sympolitiam in complures distributam fuisse regiones, quarum suos quaeque magistratus haberet’ (Dttb.). Atque revera τὸ Στρατικὸν τέλος (IG IX 1[2] 1, 3 B_2) et τὸ Λοκρικὸν τέλος (*GDI* 2070) novimus. Itaque hoc a Dittenbergero supra recte suppletum esse mihi quidem certum est neque tamen Lerato, quia miratur, quod hic bularchus non ex ipsis Locris ut in titulis *GDI* 2070 et 2139 electus est, sed ex Agrinio veteris Aetoliae oppido oriundus est. Nequaquam autem hoc mirum puto, quia cum E. Bauero (*Untersuchungen zur Geographie und Geschichte der nordwestlichen Landschaften Griechenlands nach den delphischen Inschriften* 1907, 53) persuasum habeo bularchum τοῦ τέλεος ‘*nichts anders als der Repraesentant der aetolischen Bundesregierung*’ esse, i. e. ex omnibus Aetolis elegi potuisse. Ceterum de quaestione, ad qualem divisionem haec τέλη referenda sint, vide auctores supra in lemmate allatos; videtur non ita de re militari quam de vectigalibus cogitandum esse (Swoboda, Lerat). Quod autem ad aetatem tituli attinet, apparet eum eiusdem anni esse atque nr. 625 *a*. Quem annum primis decenniis saec. II a. Chr. tribuendum esse utriusque tituli prosopographia docet (vide hic ad v. 10, illic ad v. 11). Cum vero illae duae manumissiones Delphicae (*GDI* 2070 et 2139), quae et ipsae bularchum τοῦ Λοκρικοῦ τέλεος praescriptum habent, anno 189/8 vindicandae sint i. e. eidem fere tempori atque manumissiones Naupactiae, de quibus agitur, alio autem tempore bularchus τοῦ Λοκρικοῦ τέλεος adhuc quidem repertus non sit, Lerat, qui, ut supra dictum est, de supplemento τοῦ Λοκρικοῦ τέλεος in titulo supra posito dubitat, secutus Bauerum l. c. 52, suspicatur illa aetate, qua Aetoli in iniqua condicione erant, motum quendam Locrorum ortum esse: ‘*dans cette période de crise, l'assemblée régionale et son président ont pu prendre une importance qu'ils n'avaient pas eue jusqu'alors, et, sans rompre ouvertement avec la Confédération étolienne, se préparer à user d'une liberté qu'ils pouvaient espérer prochaine*’ (II 87/8). 3/4 Εὐθυαῖος· quintus mensis Aetolicus. 5 Νιλίων· ad nomen cf. F. Preisigke, *Namenbuch* 235. Videtur servus ex Aegypto oriundus. 10 Λάμιος Οἰκυληεύς· sc. hieromnemo Aetolorum ἄ. ἐν Δελφοῖς Μεγάρτα = 205/4–203/2 (Daux, *Chron. delph.* K 14), Syll.[3] 564$_4$. — De ethnico cf. Lerat I 70. 12 Διοκλῆς Ναυπάκτιος· cf. ad nr. 620$_2$. 13 Πάσων Ναυπάκτιος· cf. ad nr. 620$_{11}$. — Λεοντομένης Ναυπάκτιος· cf. ad nr. 625$_8$. Est etiam archon (et μάρτυς et custos manumissionis Naupacti) nr. 641; de Leontomene nr. 623$_{10}$ non constat.

619 Lapis calcarius undique praeter dextram partem mutilus a. 0,36 + x, l. 0,65, inaedificatus Naupacti in domo Κωνσταντίνου Παπαιωάννου (a. 1933) sedili, quod est ante domum. Litt. alt. c. 0,02, interv. vers. c. 0,01; Α Μ Σ. Ed. W. J. Woodhouse, *Journ. Hell. stud.* 13, 1892/3, 340/1 nr. 3 et Aetolia 315 nr. 3 (IG IX 1, 361). Lapidem contuli. *Ect.*

c. 200—180 a.
– –
[. . c. 6 . . σῶ]μα ἀνδρεῖον, ὧι ὄνομα Νούιος, τὸ γέ-
[νος . 4—5 .]ς, τιμᾶς ἀργυρίου μνᾶν $\overline{\text{Μ}}$ Μ. βεβαιοῖ
[κατὰ τὸν] νόμον Ἀλεξιάδας Ναυπάκτιος. *vac.*
[μάρτυροι Ἀ]λέξανδρος, Φίλων, Λύκος, Λυκίσκος
. . . 7—8 . . . ᾳ ὠνὰ παρὰ Λυσίαν τὸν ἄρχοντα. *vac.*
[ἐπὶ θεοκό]λου τοῦ Ἀσκλαπιοῦ Λύκου τοῦ *vac.*
– – – – – – –.

Suppl. Woodhouse || 1 demum lapide calce liberato apparuit, non habet Woodh. || 5 med. et 6 med. spatia vacua, quae praebet Woodh. (Dttb.), non in lapide || 6 in. et 7 in. Νικοδάμου Dttb. coll. nr. 637 A_9, ubi confer.

V. 1 Νούιος· sc. Novius, cf. servam Νουία Delphis a. 187/6 manumissam (*GDI* 2227). 5 Λυσίας Ναυπάκτιος· idem archon et custos manumissionis Naupacti una cum Leontomene Naupactio c. a. 200—180 a. Chr. fuit, cf. ad nr. $641_{6.10}$. 6 θεοκόλος τοῦ Ἀσκλαπιοῦ· exstat etiam nr. 616, ubi inter testes manumissionis Naupacti recensetur. θεοκόλος Aesculapii etiam Amphissae occurrit (nr. 755); ceterum cf. de hoc munere L. Ziehen, *RE* V A 1998 s.

Tempus tituli archonte Lysia definitur (cf. ad v. 5).

---

620 In rupe Aesculapii, infra nr. 612. Litt. alt. 0,012—0,015, interv. vers. c. 0,005; ΑΜΣ. Ed. Dittenberger IG IX 1, 367 ex apographo Lollingii. Cf. IG IX 1² fasc. 1 p. LII adnot. Titulum contuli. *Ect.*

med. s. II a.
[– – – – – – – – – – c. 28 – – – – – – – – – – –, γραμματεύ]-
[οντος θεαροῖ]ς Διο[κ]λέ[ος ἀπέδοτο Ἀ]νδρ̣. . c. 5 . .
. . . c. 7 . . . τοῖ ᵛ [Ἀ]σκλαπιο[ῖ τοῖ ἐν Να]υπά[κτοι σῶ]-
[μα ἀνδρε]ῖον, ο[ἷ] ὄνομα [. . . 8—9 . . . , τὸ] γέ[νος . c. 4 .],
[ἐπ' ἐλευ]θερία[ι] τιμᾶς [ἀργυρίου . c. 4 .] μν[ᾶν. βεβαι]-
[ωτὴρ κατ]ὰ τὸν νόμ[ον– – – – – – – – – – – – – – – –]
. . . c. 8 . . . Ι Ι Ι . ας, Ἀσ – – – – – – – – – – – – – – –
. . . . c. 9 . . . . ḭτας, Α – – – – – – – – – – – – – – – – –
. . . . Λ . . . ḭεύς, Τι – – – – – – – – – – – – – – – – – –
. . c. 5 . . Ν[α]υπάκτι[ο – – – – – – – – – – – – – – – – – –]
. . . . ς Πάσων –
[. . . Αἰ]σχ[ίν]ας (?) – – – – – – – – – – – – – – – – –
– –

Suppl. Dttb. et Kla. qui hic illic plura legit || 7 fin. ΑΣ Loll., ΔΙ(?) Kla. || 9 in. Λ Loll., non vidit Kla. || 11 ΣΓΓΥΣΩΝ_ Loll. (– – ς, Γ[ε]ύσων(?) Dttb.).

V. 1 Probabiliter hic praetor Aetolorum nominatus erat. Id autem nunc ex nr. 621 apparet Dioclem non praetorem (id quod iam Dttb. et Pomtow addubitaverant), sed scribam thearorum Naupactiorum fuisse. 2 De tempore Dioclis non constat. Litterarum formae huius tituli certum iudicium non sinunt, sed litteratura nr. 621 medio fere saeculo II a. Chr. videtur vindicanda esse (etiam Lerat II 127 Dioclem annis post 167 tribuit). An autem archon Naupactiorum Diocles nr. 618_{12} idem sit, in dubio relinquendum est. 5 Numerus minarum hic praecessit, velut e. g. *GDI* 1883. 11 Πάσων· an idem qui archon Naupactiorum nr. 618_{13}? Ad nomen cf. Bechtel, *H. P.* 362 et *Bull. épigr.* 1952, 110. [Cf. etiam nr. 785_6].

621 In rupe Aesculapii (non iam scio quo loco). Litt. alt. 0,012—0,032 (plerumque c. 0,025), interv. vers. c. 0,005; A et ΑΖΠΣω, formae satis neglegenter incisae. Ed. Dittenberger IG IX 1, 368 ex apographo Lollingii. Cf. IG IX 1² fasc. 1 p. LII adnot. Titulum contuli. *Ect.*

med. s. II a. . . . . c. 11 . . . . . ΝΠL[. . ., γραμμ]ατ[εύ]-
[ον]τος [θεαρ]οῖς Διοκλέος, μηνὸς Ἀγυ[είου]
ἀπέδοτο Δ[ικα]ιο⟨π⟩λούτα τῶι Ἀσκλαπι[ῶι]
[τῶι] ἐν Να[υπάκτ]ωι σῶμα γυναικεῖον, ἆι
[ὄνο]μα [Ζω]π[ύρ]α, τι[μᾶ]ς ἀργυρίου ΜΜΜ.
ΡΑΜΟΝΑ [προ]πωλεῖ [Πο]σειδών[ι]ος Μένητος. πα̣-
\Γ/ ραμεινάτω Ζωπύρα παρὰ αὐ[τ]ὰν ἔτη
[ἑ]πτὰ ποιοῦσα πᾶν [τ]ὸ [κ]ελευόμενον κα̣[ὶ]
– – – – c. 13 – – – – ν καὶ εἴ κα παραμείν[ηι]
ΟΝΤΑΣΙ▨ [τέ]ω̣ς, ἁ ὠνὰ ἰτηλὸς ἔστω. ἁ ὠνὰ παρὰ τ[ο]ὺ[ς]
ἄ⟨ρ⟩χοντας. μάρτυρες Λέ[ω]ν Λεωνίδ[α],
Γ . . . ελέ[ω]ν Ὀλυμπίχου, Δημήτριος
[Δη]μ̣ητ[ρίου – – – – – – – – – –]

Suppl. vs. 2 fin. et 4 Dttb., reliquos Kla. auctis multifariam lectionibus Lollingii || 3 med. Δ . . . ΙΟΛΟΥΤΑ || 7 παρὰ Λυ[σί]αν Dttb., quod spatium vetat || 11 in. ΑΧΟ.

V. 2 De Diocle cf. ad nr. 620_2. — Ἀγύειος est nonus mensis Aetolicus. 3 Ad nomen Δικαιοπλούτα cf. Bechtel, *H. P.* 134. 10 ἰτηλός· ex Aeschylo afferunt Hesych. Lex. et Photius, interpretantes ille 'ἔμμονος καὶ οὐκ ἐξίτηλος', hic 'οὐκ ἐξίτηλος ἀλλ' ἀνεξάλειπτος', cf. H. J. Mette, *Die Fragmente der Tragödien des Aischylos* 1959, 165, 452; G. Klaffenbach, *Glotta* 42, 1964, 182 s. 11 Λεωνίδας· fortasse idem atque scriba thearorum Naupactiorum, de quo cf. ad nr. $639{,}7_4$. 12 Δημήτριος Δημητρίου (Ναυπάκτιος)· pater fortasse testis manumissionis nr. 614_8.

'Quae a sinistra leguntur quattuor versuum reliquiae, non huius tituli sunt, sed alius, qui sane eiusdem generis fuisse videtur', Dttb. Equidem has litteras dispicere nequivi et suspicor eas revera ad manumissionem supra positam pertinere, sc. ΡΑΜΟΝΑ ad ραμεινάτω (v. 7. in.) referendum esse et ΟΝΤΑΣ ad ἄ⟨ρ⟩χοντας (v. 11 in.).

---

622 In rupe Aesculapii, infra nr. 615. Litt. alt. 0,025—0,03 (o minus), interv. vers. c. 0,01; A et ΑΜ et ΜΠ et ΠΣ et ΣΩ. Edd. Dittenberger IG IX 1, 365 ex apographo Lollingii; Lerat I 68³ ex apographo meo (SEG XII 292). Habui etiam apographum Rhusopuli (1868). *Ect.*

c. med. s. II a. στραταγ[έοντος . . c. 6 . .]-
μ . . . του, μ[ηνὸς Ἱπ]πο[δρο]-
μί[ου ἁ]πέδοτ[ο . . c. 5 . .]ο – –
[. . Ναυ]πάκτιο[ς τῶι Ἀσ]κλα-
πι[ῶι τ]ῶι ἐ[ν Ν]α[υπάκτωι σ]ῶμ[α]
γυ[ναικ]ε[ῖ]ο[ν, ἆι] ὄν[ομα Πολε]-
μώ, [τὸ γέν]ος Κ̣[υπ]αρισσία[ν .]ν
π[. . c. 6 . . τὰ τέκν]α τὰ ἐκ Πο-
λ[ε]μ[ῶς – – c. 11 – –]αυτα – –
κ[. c. 3 . τιμᾶς ἀργυρίου] μν[ᾶ]ν
τριῶ̣[ν. προαποδότ]α̣ς Λ̣ύκ[ο]ς
Λ . c. 4 . Π̣Α . c. 4 . Ο . . Σ̇ – –
. . c. 5 . . Κ̇λεω[ν – – – – – – – – – –]
Κλεόνικος, Τέλλω[ν, Ἰό]λαος(?)
Ναυπάκτιοι, Πυρρι . . ΞΑΙ . Σ, [Τι]-

μάγορος, Τηλẹ . .c. 5. . ΤΙ – – –
νης Ἡρακληῶ[τ]αι ΑΣ . . . ΣΙΦΑ – –
τὸν Ἀσκλαπιόν. ᾇ [ὠ]ν[ὰ π]αρὰ Πυρρίαν, Α – –,
Ἀγέλαον, Κλεόνικον, Δόξαι[ον], Α – –
– – – – – – Ο [. . . τ]ὸν ἄρχοντ[α].
vac

Litterae linea subscripta insignitae non iam exstant. — Pleraque ectypo iterum atque iterum excusso legit et supplevit Kla., cuius priores lectiones hic non repetuntur; vs. 1. 4. 10 fin. 11 fin. suppl. Dttb. || 8 fin. ΑΤΑ ΕΚΠC Rhusopulos, Kla., ΑΤΑΕΙ ΠC Lolling (σώμ]ατα ἐν πο[λέμωι ἑαλωκότα(?)Dttb.) || 12 med. Ο . . ΣΙΑΛ Rhus., ΑΣΚ . . . ΙΟΥ . ΣΙΑΑΡΙ Loll. (Ἀσκ[λαπ]ιοῦ . σια Ἀρι Dttb.) || 14 med. in nomine Τέλλων prius Λ supra Ε scriptum || 15 fin. ΞΑΙΟΣ Rhus., itaque coll. v. 18 et 19 exspectatur Πυρρί[ας, Δό]ξαιος, sed spatium nequaquam suppetit || 16 in. ΜΑΓΟΡΟΣ Rhus., Kla. || 16 med. Ι ΙΛ Rhus., ΤΙΚΛ Loll. || 17 med. ΗΡΑΚΛΗΩΤΑΙ Rhus., Kla. || 18 med. Α . Ν . . Α . Α supra nomen Πυρρίαν scriptum.

V. 1 Supplementum Δαμοκρίτου breve videtur atque litteratura tituli recentiorem aetatem indicat (prior praetura Damocriti a. 200/199); cf. etiam infra ad v. 12. 2 Ἱπποδρόμιος decimus mensis Aetolicus. 6/7 Ad nomen Πολεμώ (cf. v. 8/9) vide Bechtel, *H. P.* 375. 7 Κυπαρισσία· de quo oppido huius nominis agatur, nimirum prorsus incertum. 12 Si Λ[ύκου] suppleri potest, videtur Λύκος Λύκου (Ναυπάκτιος) idem esse atque scriba thearorum (nr. 634*a*. 635*b*. 638,1. 639,4), qui Antiocho praetore munere functus est i. e. a. 137/6(?), cf. nr. 677_{16}. — Post Λ[ύκου] fortasse μ̣ά[ρτυρ]ο[ι], at Lollingii lectio obstare videtur. 14 Τέλλων· ad nomen cf. Bechtel, *H. P.* 422/3. 17 Ἡρακληῶται· ethnicum in hac quidem regione adhuc ignotum. 19 Δόξαιος· ad nomen cf. Bechtel, *H. P.* 139. 20 Cf. nr. 619_5.

---

623 In rupe Aesculapii (non iam scio quo loco). Litt. alt. c. 0,025, interv. vers. c. 0,008; ΑΜΣΩ. Ed. Dittenberger IG IX 1, 371 ex apographo Lollingii. Titulum contuli. *Ect.*

c. med. s. II a.
– –
ΟΝ– –
. . . . . .c. 12. . . . . Κ̣ΑΙΘ – – – – – – – – – – – –
τῶι Ἀσ[κλαπι]ῶι τῶι ἐ[ν Ναυπάκτω]ι παιδά[ρι]ον, [ὧι ὄνο]-
μα Καλλ[ίδα]μος, καὶ [κορ]ίδιον, [ἇι ὄνομα – – – – – – –]
τιμᾶς ἀργ[υ]ρίου Μ – – – – – – – – – – – – – – – – –
Λάμιος . . . ΑΡ̣Α . . . ΥΛ . . c. 6 . . ΙΣ – – – – – – – – –
ΔΑΠ– –
ων, Ερ – – – – –c. 16– – – – –Α[– – – – – – – – – πα]-
τρος, Δ[ιο]νύσιος̣, [Κλ]εόξενο[ς – – – – – – – – – –]
ΠΑΙ [.2—3., Ἀ]ρ[κ]ίσων̣, Λεοντο[μέ]νης, – – – – – – – –
ΝΟ . . . .c. 8. . . ., Τιμα . . . Ο – – – – – – – – – – –
[.3—4. Στ]ρατίου . .4—5. . ΟΝ . . . . Α̣ – – – – – – – –
. . . .c. 8. . . . ΛΕΟΝ – – – – – – – – – – – – – –

Apographum Lollingii, quod a v. 5 demum incipit, auxit et correxit Kla., cuius quoque sunt supplementa omnia || 10 in. ΠΑΤ Loll. || 13 med. ▨ΛΕΟΝ idem ([Κ]λεόν[ικος] Dttb.).


Litterarum formae medii fere saeculi II a. Chr. sunt; prosopographia nihil prodest.

II. EX DIONYSIO NAUPACTIORUM [Cf. add. nr. 785].

De situ non constat, cf. Lerat II 153, sed videtur in oppido ipso fuisse. Tituli quidem omnes hic inventi sunt.

624 Magnus angularius lapis calcarius ab utroque angulo inferiore laesus, a. 0,78, l. 0,965, cr. max. 0,48. Inaedificatus erat Naupacti in turri rotunda castelli iuxta hortum, quem possidet I. B. Kyritsis, nunc Naupacti in bibliotheca Παπαχαραλάμπειος. Lapis inscriptus est quinque titulis in fronte et duobus titulis in

latere dextro (de dispositione titulorum videas imaginem infra positam); medium spatium frontis, in quo titulus *c* exaratus est, leviter elatum est. Litt. alt. *a* 0,01 (ϑ, o minora), *b* c. 0,01, *c* 0,018 (ϑ, o minora), *d* 0,015 (o minus), *e* 0,015 (o minus), *f* 0,01—0,015, *g* 0,007—0,013, interv. vers. *a* c. 0,004, *b* c. 0,003, *c* c. 0,005, *d* c. 0,002, *e* nullum fere, *f* c. 0,008, *g* 0,004—0,008; *a* A et A M N Π Σ, *b* M Π Σ, *c* A M Π Σ, *d* A M Π Ω, formae tenues bonae, *e* A M N Π Σ, *f* A Ϝ M et M Π Σ, *g* A Θ M Π Σ. Edd. *a* Dittenberger IG IX 1, 376 ex apographo Lollingii, *b* Dttb. l. c. 378 ex apographo eiusdem, *c* Dttb. l. c. 375 ex apographo eiusdem, *d* (C. Moroni), Epigrammata reperta per Illyricum a Cyriaco Anconitano apud Liburniam (c. 1660) p. VII nr. 59; L. A. Muratori, Novus thesaurus II (1740) p. DXCII nr. 2 e schedis suis (cf. ad nr. 760) et Barberiniis Cyriaci (cf. lemma nr. 627) (CIG I 1756; Joh. Franz, Elementa epigr. Graec. 240 s. nr. 95; Le Bas-Foucart II 1024; *Bezzenb. Beitr.* VII 250 nr. 2; *GDI* 1425); Dttb. IG IX 1, 374 ex apographo Lollingii (*Inscr. jur.* II 286 nr. 24), *e* Dttb. l. c. 377 ex apographo eiusdem; omnes titulos (*a*—*g*) E. Mastrokostas, *Rev. ét. anc.* 66, 1964, 291 ss. nr. I cum imag. phot. titulorum *a*—*e* (tab. IV. V. VI 1) et *f*. *g*. (tab. VII). Titulos *a*. *c*. *d* vidit etiam Rhusopulos a. 1868. Adnotationes per litteras misit J. Bousquet. Ectypa contuli. *Ect.*



b

c. med. s. II a.

[γραμματεύοντο]ς θ̣[ε]ạροῖς [– – – μηνὸς – – – – – – – – – – – – – – – – ἀπέδοτο τῶι Δι]-
[ονύσωι τῶι ἐν Να]ụπάκτωι ἐπ' [ἐ]λευθε[ρίαι σῶμα ἀν]δρẹ[ῖον, ὧι ὄνομα – – – – προαποδότας κατὰ]
[τὸν νόμον – – –] Θόα Ναυπά[κ]τιος. μ[άρτυροι] ΑΡΙΣΤΩ –
[– – – – Να]υπάκτιοι, Λυκίδ̣ας 'Αρ̣σινοεύς. τὰν ὠνὰν φυλά̣[σσ – – – – – – – – – – – – – – –].

a

c. med. s. II a.

[γραμματεύοντ]ος
[θεαροῖς . . c. 6 . .], μ̣η-
[νὸς Δίου 'Αν]δρόνικος,
. . . c. 8 . . . ος, 'Αναξι-
[. . c. 5 . . Δ]ικαιάρχου
[ἀπέδον]το τοὶ Διονύ-
[σοι τοὶ] ἐν Ναυπάκτ-
[οι ἐπ' ἐ]λ̣ευθερίαι σ-

c

c. med. s. II a.

γραμματεύοντος θεαροῖς Εὐμαί-
ου τοῦ Πυθοδώρου, μηνὸς 'Ομολωΐου ἀ-
πέδοτο Διονύσιος Εὐσθένεος τῶι Διον-
ύσωι τοὶ ἐν Ναυπάκτωι σῶμα ἀνδρεῖον,
οἷ ὄνομα Εὐτυχίδας, τὸ γένος Γαλά-
ταν, καὶ γυναικεῖον, ἇι ὄνομα 'Αφροδισί[α],
τὸ γένος Θρᾶισσαν, καὶ κορίδιον, οἷ ὄνομα
Σωστράτα, τὸ γένος οἰκογενές, ταῦτα πάντα

e

c. med. s. II a.

γρα[μματεύοντο]-
ς θε[αροῖς – – –]-
ου, μη[νὸς – – – –]
ἀπέδọ[ντο – – – –]-
εα 'Αντιδ̣[ώρου, 'Αν]-
τίδωρος Σω – – –
Ναυπάκτιοι τῶ[ι Διο]-
νύσωι τῶι ἐν Να[υ]-

[ὦμα] ἀνδρẹῖον, οἷ ὄ-
[νο]μα Ἴστρος, οἰ-
[κο]γενῆ, τιμᾶς
[ἀργυρ]ίου ΜΜΜ.
[προ]αποδότας
[κατὰ] τὸν νόμον
. ⁽ᶜ·⁴⁾ . ς Κλινοξέ-
[νου. μ]άρτυροι Λα-
. ⁽ᶜ·⁴⁾ . , Ε⟨ὐ⟩άμερος,
. ⁽³⁻⁴⁾ . οφῶν, Διο-
. ⁽ᶜ·⁴⁾ . , Ἀνδρομέν-
[ης, . . ⁽ᶜ·⁵⁾ . .]ς. τὰν
[ὠνὰν φ]ụλάσσο-
[ντι ὁ χρε]ọφύλα-
[ξ . . . ⁽ᶜ·⁷⁾ . . .]ς καὶ
— — — — — — — — ος.

τιμᾶς ἀργυρίου μνᾶν ΔΔΔ/Μ [Μ]. προαποδό-
τας κατὰ τὸν νόμον Λύκος Λυκίσκου Ναυ-
πάκτιος. μάρτυροι Θέων, Λυκίσκος, Λύκος,
Σωσίστρατος, Ἀπολλώνιος, Σ̣ωτίων, Πολύ-
κ̣ρ̣ιτος, [Θ]υωνίδας, Εὔμαιος, Ε̣ὔμ̣αιος, Σωσί-
πατρος, Δαμόξενος, Νικόβουλος Θέων̣ο̣ς.
τὰν ὠνὰν φυvvvv λάσσοντι οἱ ἄρχον-
τες κ̣αὶ Δεξίων vv κ̣αὶ ὁ χρεοφύλαξ
Εὔμαιος Λύκου. *vac.*

π̣άκτωι ἐπ' ἐλε[υθε]-
[ρ]ίαι σῶμα ἀ̣ν̣δ[ρεῖ]-
ον, ὧι ὄνομα Ἄγα[θο]-
ς̣, οἰκογενῆ ἐγ Να[υπ]-
άκτου, τιμᾶς ἀρ[γυ]-
ρίου ΜΜΜ. προαπ[ο]-
δότας κατὰ τὸν ν[ό]-
μον Εὐαίνετος Σ[ω]-
πάτρου Ναυπ̣[άκ]-
τιος. v μάρτυρο[ι Δ]-
ιονύσιος, Σωτη[— —, Ἡρ]-
άκλ̣ε̣ιτος, Σω̣ — — — —,
Ἡρακλείδ̣[ας, — — — —]-
χος, Νικ̣ά̣νω[ρ Ναυ]-
πάκτιοι, . Α — — — —
ΑΛ . . Σ . . ΕΙ[— — Παν]-
αίτωλος Π̣Α — — — —.
τὰν ὠνὰν φụ[λάσσ]-
ει Παναίτωλ̣ο̣[ς]
Ἀρίσ̣τ̣ωνος.

d

post c. a. 141/0
γραμματεύοντος θεαροῖς Ἀρίστωνος τοῦ Ἀριστωνύμου, μηνὸς Διονυ-
σίου ἀπέδοτο Δελφίων Σωτίωνος Ναυπάκτιος συνευδοκεούσας
καὶ τᾶς θυγατρὸς Καλλιστῶς τοῖ Διονύσοι τοῖ ἐν Ναυπά[κτοι] ἐπ' ἐ-
λευθερί̣α̣ι σῶμα ἀνδρέον, οἷ ὄνυμα Λίβανος, γένος Ἄραβα, τιμᾶ[ς] ἀργυρίου
ΜΜΜ. προαποδότας κατὰ τὸν νόμον Δαμοκλῆς Δαμοστράτ̣ο̣[υ. μὴ θρεψάτω]
[δ]ὲ γενεὰν Λίβανος· εἰ δὲ θρέψει, ἀτελὴς καὶ ἀρμένα ἁ ὠνὰ ἔστω̣ καὶ ὁ προ-
αποδότας μὴ προπωλίτω καὶ Λίβανος ἔστω Δελφίωνος. μάρτυροι Νικόμαχος (?),
672 Duo fragmenta *(a. b)* magnae tabulae lapidis calcarii leucophaei inter se contigua. Fragmentum *a* a sinistra integrum a. 0,57, cr. 0,13, liminis vice fungebatur in porta meridionali ecclesiae S. Ioannis in vico *Malandrino*, ubi a. 1960 non iam repperi. Continebat partem sinistram duarum manumissionum (I. II). Ed. Dittenberger IG IX 1, 349. 350 ex apographo Lollingii (350: *Inscr. jur.* II p. 288 nr. 26; Schwyzer 370, cf. M. N. Tod, *Ann. Brit. Sch.* 28, 1926/7, 144, 23). Contuli hoc fragmentum a. 1933, sed pedibus ita detritum erat, ut imprimis in sinistra et superiore parte permultae litterae plane evanuerint. — Fragmentum *b* a sinistra et dextra mutilum a. 0,60, l. 1,45, cr. 0,25, inventum a. 1946 in agro Θ. Ἀλεξοπούλου prope fontem Ἀσπρόβρυσι, qui est haud procul a vico *Malandrino* (cf. ad nr. 681), sed hodie totum discussum est, ut a. 1960 duas tantum minutissimas particulas in illo agro repperimus (nunc Delphis in museo inv. nr. 7701. 7702; earum litteras lineis subscriptis in vs. 15—25 [7701] et 38—42 [7702] indicavi). Fuerunt in hoc fragmento dextra pars manumissionum I et II, iuxta a dextra duae aliae manumissiones, eae quoque altera super alteram (III. IV), quae tamen tam evanidae erant, ut exscriptae non essent (etiam in ectypo nihil fere dispici potest), denique quinta manumissio (V) a dextra manumissionis III. Litt. alt. I 0,015—0,02, II c. 0,01, V 0,01—0,02, interv. vers. I c. 0,005, II c. 0,005, V c. 0,013; I **A M Σ**, II **A M Π Σ** et Σ, V **A Θ M Π Σ** et **Σ Ω**, omnes formae habent extremas hastas crassatas. Commemoravit L. Lerat, *BCH* 75, 1951, 141; edd. cum fragmento *a* Εὐθ. Μαστροκώστας, Ἐφ. 1955 (1957), 51 ss. nr. 1—3 cum tribus imagg. phot. (inutilibus);

ectypis collatis (Kla.) SEG XVI 355 (V). 356 (I). 357 (II). Cf. Lerat I 14². Ectypa denuo contuli. Apographum fragmenti *a*, quod fecit Jamot, commodavit A. Plassart. *Ect.*

a *b*

brevi post a. 166/5 I [ἀγωνοθετέοντος τ]ῶ̣ν̣ Λοκ̣[ρῶν – – –c. 7– – –], μην̣[ὸς ἕ]κτο̣υ̣ ἀπέδ̣[οτο Δωροθέα Φυ]σκὶ[ς] τᾶι Ἀθάναι τᾶι Ἰλιάδι σῶμα [ἀνδρεῖο]ν, ὧι [ὄ]νομα Π̣ό̣π̣λ̣ιο̣ς, ἐπ' ἐλευθερ[ίαι τ]ιμᾶς ἀ-ργυρίου ΜΜΜΜ. παραμενέ[τω δ]ὲ Πόπλι-ος παρὰ Δωροθέαν, ἄχρι οὗ κα ζ[ῆι Δ]ωροθέα, π-ο̣ιῶ̣ν τὸ ἐπιτασσόμενον. π̣ρ̣[οα]ποδ⟨ότ⟩ας κατ-ὰ τὸν νόμον Νικόδαμος Ἀ̣λπα[ῖ]ος, ἐπεί κα τε-λευτάσ̣η̣ι̣ Δωροθέα. μάρτυροι Πορθάω-ν, Ζεῦξις, Ἄρχων, Ἀνδρόνικος Λεοντίου, Ἀριστοπείθης Φυσκεῖς, Γ . ⸌όλαος, Πολύφρων, Ἀντιγενείδας, Καλλικρά[τ]ης, Ἀγαθοκλῆς. ἁ ὠνὰ παρὰ Ἀνδρόνικο[ν] Λεοντίου, Καλλικράτη Φυσκεῖς.

intervallum 0,017

med. s. II a. II ἀγωνοθετέοντος τῶν Λο[κρῶν] Ἀντιγενείδα Φυσκέ-ος, μηνὸς τρίτου ἀπέδοτ[ο Νικόλα]ο̣ς Μιστακεὺς τᾶι Ἀ-θάναι τᾶι Ἰλιάδι σώματα γυ̣[ναικεῖ]α̣ δύο οἰκογενῆ(!) ἐπ' ἐ-λευθερίαι, αἷς ὀνόματα Ἀ[ρχώ, Ἀφροδι]σία, τιμᾶς ἀργυρίου [M] ΜΜΜ. v παραμεινάντων̣ [δὲ παρὰ Νι]κόλαον Ἀρχώ, Ἀφροδι-σία, ἄχρι οὗ κα ζῆ Νικόλαος, [ποιοῦσαι] τ̣ὸ ἐπιτασσόμενον· εἰ δὲ μὴ παραμένοιν ἢ μὴ ποι[έοιν τὸ ἐπιτ]α̣σσόμενον, κύριος ἔστω Νικόλαος τύπτων [καὶ – –c. 10– –]ν̣ Ἀφροδισίαν καὶ Ἀρ-χών, εἰ μὴ ποιέοιν τι τῶν [ἐπιτασσομέ]ν̣ων ἢ εἰ μὴ παραμέ-νοιν Ἀρχὼ καὶ Ἀφροδισί[α· ἐπεὶ δέ κα ἀποθ]άν⟨η⟩ Νικόλαος, ἐ-λεύθεραι ἔστων Ἀρχ[ὼ καὶ Ἀφροδισία. β]εβαιωτὴρ κατὰ τὸν νόμον *vac.* *vac.*

vac.

a. 176/5 V στ̣[ρα]ταγέ[ον]τος [τῶν Αἰτωλῶν Εὐπολέμου] Ὑπαταίου τὸ δεύτε[ρον, μηνὸς] ἐμβολίμου Δίου ἀπέδοτο Κλευ[νίκα καὶ Εὐμήλα καὶ Κλεύ]-μαχ̣[ο]ς Φυσκεῖς ἐπ' ἐ[λευθερίαι τᾶι Ἀ]-θάναι τᾶι Ἰλιάδι σ̣[ῶμα γυναικεῖον, ᾆι ὄνομα] Τιμώ, τιμᾶς ἀργυ[ρίου – – – –]. β̣εβ̣αιωτὴρ̣ κατὰ τὸν ν[όμον – – – – – –] . c. 4 . π̣α̣ρ̣α̣μενέ[τω δὲ Τιμὼ παρὰ Εὐ]-

μῆλαν καὶ Κλε[υνίκαν καὶ Κλεύμαχον ποιοῦσα]
τὸ ποτιτασσόμ̣[ενον· εἰ δὲ μὴ ποιέοι, ἐπιτιμε(?)]-
όντω Τιμῶς [Κλευνίκα καὶ Κλεύμαχος καὶ]
Εὐμήλα, μέχ̣[ρι οὗ κα ζώωντι]·
ἐπεὶ δέ κα ἀπ̣[οθάνωντι Κλευνίκα καὶ Κλε]-
ύμαχος καὶ [Εὐμήλα, ἱ]-
ερὰ ἔσστω [Τιμὼ τᾶς 'Α]-
θάνας· εἰ δ[ὲ – – – – –]
Τιμὼ . . ρα̣ – – – – –
μάρτυροι – – – – –
Ξένων – – – – –
Σ . . . . Ρ – – – –

I suppl. Mastrokostas || 1 Lerat, ΟΙΛΟΥ Jamot || 2 in. ΜΕΣ Jamot || 2 med. ἕ]κτ̣ου ἀπ̣έ[δοτο Lerat, sic vel Πο]κίου̣ Mast. (ΙΟΤΑΝΕ Lolling, ΑΞΙΟΤΑΠΕΟ Jamot) || 4 in. [ὄ]νομα, quod voluit Lerat, habet Jamot || 4 med. ad nomen servi cf. v. 5/6; ΓΩΝΑΤΟΝ Lolling, ΙΑ . ΤΟΝ Jamot || 5 med. παραμενέ[τω Lerat || 5 fin. nomen servi nunc certe legit Kla., ΝΟΠαῖ|τος Mast. (sed v. 6 in. nihil nisi ΟΣ Lolling) || 7 in. ΡΙΟΝ Lolling, nihil Jamot || 7 med. ΗΓ Lolling, nihil Jamot || 7 fin. ΠΟΑΣ lapis || 8 med. 'Αλπαῖος A. Nikitsky, *Die geographische Liste der delphischen Proxenoi (Jurjew* 1902) p. 11, ΛΛΠΑ Lolling, ΛΑΓΙΑ Jamot || 9 in. ΤΑΣΔΩΡ Lolling, ΤΑΣΙΙΕ . . . ΟΟΕΑ Jamot || 11 med. [Τι]μ̣όλαος aut [Νι]κ̣όλαος Mast., Ἑ̣[ρ]μ̣όλαος Kla.

II suppl. Mastrokostas || 18 med. coniunctionem propter spatium delevit Kla., cf. v. 19 fin. || 22 med. supplendum alterum quoddam verbum castigandi; δέρω]ν Mast., breve || 24 fin. ΑΝΕΝΙΚ lapis || 26 titulus imperfectus relictus, ut Lolling et Jamot apographis suis et utrumque fragmentum certe docent.

V suppl. Mastrokostas; versus longitudine inaequales || 29 ἐμβολίμου litteris minoribus supra vocabulum ἀπέδοτο additum || 29 fin. nomen manumissoris Εὐρύμαχος fuisse putat Mast., quod v. 40 in. ρυμαχος legerat. Sed ibi nihil nisi υμαχος exaratum esse certum est; itaque ubique nomen Κλεύμαχος suppl. Kla.

I V. 8 'Αλπαῖος· cf. ad nr. 708_2. 9 Πορθάων (Στρατάγου I) Φυσκεύς· μάρτυς manumissionis Physcensibus nr. 682; βεβαιωτήρ manumissionis Delphis ἄ. Λαϊάδα = 170/69 (*GDI* 1739); de eius filio Στράταγος II cf. ad nr. 667_2. 10 Ζεῦξις Φυσκεύς· aut Ζ. Δαμοκλέος aut Ζ. Λέωνος, uterque in manumissione Delphica *GDI* 1842 (164/3?, cf. Lerat II 132^3). — Ἄρχων Φυσκεύς· μάρτυς manumissionis Delphis ἄ. 'Αρχελάου = 175/4 (*GDI* 1865). — 'Ανδρόνικος Λεοντίου Φυσκεύς· idem infra nr. 674_6 (ante a. 167 a. Chr.) et nr. 687. 11 Φυσκεῖς· '*La place de l'ethnique est due à une bévue du graveur*', Lerat I 14^2. Omnes testes Physcenses sunt. 12 'Αντιγενείδας Φυσκεύς· cf. infra ad v. 15. — Καλλικράτης Φυσκεύς· cf. ad nr. 709_7.

Tempus tituli I videtur brevi post 166/5 esse.

II V. 15 'Αντιγενείδας Φυσκεύς· idem ἄρχων Physcensium nr. 668_6 (s. II^1 a. Chr.); βεβαιωτήρ manumissionis Physcensibus nr. 687; μάρτυς ibidem supra v. 12 et nr. 676_7. 677_{25}. 682_8. 688_9. 705_{17}, Phaestini nr. 713_6, Delphis ἄ. Δεξώνδα a. 153—144 (Daux, *Chron. delph.* L 49), *FD* III 1, 565. Agonothesia igitur med. saec. II a. Chr. vindicanda est. Si nr. 677_{25} lectio recte se habet, eius pater Λυκίδας erat. 16 Μιστακεύς· forma Μυστακεύς exstat in tit. Aetolico nr. 59_7. Apparet nunc hunc vicum antea atque denuo post a. 167 Ozolarum fuisse (Mast.); probabiliter in vicinia Physcensium situs fuit (Lerat I 64). 26 An titulus ob eam causam ad finem perductus non est, quia neglegenter conceptus est (cf. v. 21 ss.)?

V V. 27 Solum praetorem Εὐπόλεμον Ὑπαταῖον, cuius altera praetura a. 176/5 fuit (cf. IG IX 1^2 fasc. 1 p. LI), in censum venire recte vidit Mast. 36/7 Ad verbum ἐπιτιμᾶν cum genetivo coniunctum Mast. confert *GDI* 2156_{18} ἐπιτειμέοντες τῶ⟨ν⟩ μὴ πειθαρχεόντων. Sed aliud exemplum desiderari videtur atque mihi quidem non apte dictum videtur ἐπιτιμεόντω, μέχρι οὗ κα ζώωντι. Itaque verbum ἐπιτιμεῖν fortasse non recte suppletum es et ex. gr. legendum τὸ ποτιτασσόμ[ενον ὑπὸ αὐτῶν καὶ κυριευ]όντω Τιμῶς κτλ. 45 Ξένων· cf. ad nr. 681_{21}.

673 Lapis a. 0,41, l. 0,19, cr. 0,28, quem a. 1901 inaedificatum in angulo inter septemtriones et orientem solem spectanti eiusdem horrei vici *Malandrino* atque nr. 680 invenerat Wilhelm, equidem a. 1933 non repperi. Litt. alt. max. v. 1 et 2 0,017, v. 3 ss. 0,012; Α Μ Ο Π Σ, bonae formae. Ed. A. Wilhelm, *Beitr.* 133 (et 311) nr. 121 cum imag. phot. Cf. Lerat II 131[1].

ante 167 a. [στραταγέοντ]ος [τῶν Αἰτωλῶν – – – – – – – – – –]
[. ο]υ Καλλιπολ[ίτα – – – – – – – – – – – – – – – –]
[Φυ]σκέος, μηνὸς [– – – ἀνέθηκεν – – – – – – – – – –]
[Φυ]σκὶς τᾶι Ἀθάν[αι τᾶι Ἰλιάδι σῶμα γυναικεῖον],
[ᾇι] ὄνομα Φίλα, τ̣[ὸ γένος – – –, ὥστε ἐλευθέραν]
[εἶμε]ν κα[ὶ ἀ]νέ[φαπτον. βεβαιωτῆρες κατὰ]
[τὸν] ν̣όμον Τ –
. . οντα, Εὔμηλος [– – –. μάρτυροι – – – – – – – – –]
. . δας, Δεξίθεος, Π – – – – – – – – – – – – – – – – – –
vac.

Suppl. Wilhelm || 1 fin. κατὰ πόλιν δὲ ἄρχοντος – – idem, id quod longum videtur, cf. infra || 3 med. Kla., ἀπέδοτο Wilhelm, sed deest pretium || 8 med. Kla. (praecedunt tres βεβαιωτῆρες cum patronymicis).

V. 1 Recte Wilhelm et Lerat perceperunt hic sine ulla dubitatione nomen praetoris Aetolorum atque summa cum probabilitate nomen praetoris Ἁγήτα τοῦ Λοχάγου Καλλιπολίτα supplendum esse, id quod etiam longitudini versuum tituli, quanta fere ex v. 4 concluditur, responderet. Qui praetor bis munere functus est, a. 218/7 et c. 201/0. Priorem autem praeturam intellegendam esse censet Lerat, si alter magistratus (v. 2/3) archon Physcensium sit, alteram, si hoc quoque loco magistratum quendam Aetolorum *('comme le boularque, l'hipparque ou le secrétaire')* sumamus. Equidem vero pro certo habeo spatium non suppetere ad supplendum alterum magistratum Aetolorum (βουλαρχέοντος, ἱππαρχέοντος, γραμματεύοντος), potius hic archontem Physcensium cum Wilhelmo statuendum esse. Quamquam locus non est relictus additamento cuidam velut κατὰ πόλιν, ἐπὶ πόλιος etc. Sed puto hic nihil nisi ἄρχοντος dictum et id propter ethnicum Φυσκεύς additum satis fuisse. Tum autem spatium utrique praeturae supplendae suppetit, dummodo non τὸ δεύτερον sed τὸ β' scribamus. Atque revera litteratura tituli mea quidem sententia melius in tempus alterius praeturae convenire videtur. Itaque v. 1 et 2 sic supplendos propono: [στραταγέοντ]ος [τῶν Αἰτωλῶν Ἁγήτα Λοχά|γο]υ Καλλιπολ[ίτα τὸ β', ἄρχοντος δὲ – c. 6 – | Φυ]σκέος. 6 βεβαιωτῆρες exstant etiam in consecrationibus servi nr. 677_{22} et *GDI* 2172. 8 Εὔμηλος· distinguendus est a viro cognomini aetate minore, de quo cf. ad nr. 713_4. 9 Δεξίθεος· sine dubio idem Δεξίθεος Φυσκεύς, qui a. 191/0 domo sua Delphica privatus est (*BCH* 1932, 3_{48}).

---

674 Duo fragmenta *(a. b)* lapidis calcarii subcaerulei inter se contigua, quae quondam inaedificata erant in furno domus Χαραλάμπου Μολοϊάννη in vico *Malandrino*. Fragmentum *a* supra et a sinistra integrum a. 0,29, l. 0,15, cr. 0,18, quod a. 1933 etiamtum in illo furno repperi, a. 1954 vidit Lerat apud Ἐλευθέριον Παναγιωτόπουλον eiusdem vici. Fragmentum *b* undique mutilum praeter supra a. 0,26, l. 0,235, cr. 0,17 quod a. 1901 Wilhelm pristino loco viderat, postea in scholam vici *Lidoriki* transportatum est, ubi a. 1933 repperi. Litt. alt. c. 0,015, interv. vers. 0,005 — 0,01; Α et Α Μ Σ et Σ. Ed. A. Wilhelm, *Beitr.* 128 ss. nr. 119 cum delineatione Lollingii. Utrumque fragmentum contuli. *Ect.*

brevi ante 167 a. στρατ[α]γέοντος Α̣ – – – – – – – – – c. 25 – – – – – – – – –
μηνὸς Ἑρμαίου ἀπέδ̣[οντο – – – καὶ – – – – – – –Φυσ]-
κεῖς τᾶι Ἀθάναι τᾶι Ἰλ[ιάδι σώματα ἀνδρεῖα δύο],
οἷς ὀνόματα Φιλωνίδα̣[ς, . . . c. 7 . . ., τὸ γένος Θεσσα]-
λοὺς τιμᾶς ἀργυρίου μ̣[νᾶν ἕξ(?). βεβαιωτῆρες κατὰ]
τὸν νόμον Πλείστ⟨α⟩ινο[ς – – – c. 12 – – –, Ἀνδρόνι]-
κος Λεοντίου, Κριτόλαο[ς – – – – – – – – – – – – – – – –]

τὰν τιμὰν ἀπέχοντι. μά[ρτυροι -------------]
᾿Αριστόδ[α]μος: Στράταγ[ος: -------------]-
δας: Φυ[σκεῖς:] ᾿Αλέξανδ[ρος: ---------------]
᾿Ανδρόβι[ος: Δυμ]ᾶνες --------------------
Π. . . . Ν ---------------------------

Litterae linea subscripta insignitae hodie perierunt. — Suppl. Wilhelm || 1 ultimam litteram legit Kla.; de praetore fortasse supplendo vide infra || 5 med. ἓξ propter spatia idem || 6. med. ΤΛΙ lapis || 6 fin. Lerat I 132^1 || 7 fin. de patronymico ᾿Αριστοφύλου cogitat Wilh., haud improbabiliter, cf. infra.

V. 1 Suo iure propter litteraturam et prosopographiam Wilhelm et Lerat (II 90^5) titulum aetati brevi ante a. 167 assignaverunt. Itaque potest in censum venire supplementum ᾿Αγελόχου τοῦ Τριχᾶ Στρατίου, quod spatiis optime respondet. Cuius praeturam aut a. 169/8 aut 168/7 vindicavi, cf. ad IG IX 1^2 69_2 (contra annum 187/6 vel 189/8 praefert G. Daux, *Rev. Phil.* 1938, 160). 2 Ἕρμαιος· sc. septimus mensis Aetolicus, cf. Lerat II 170. 6 Πλείσταινος Φυσκεύς· idem μάρτυς manumissionis Delphis ἄ. Θευξένου = 166/5 (Daux, *Chron. delph.* L 33), *GDI* 1851 (Wilh.). — ᾿Ανδρόνικος Λεοντίου Φυσκεύς· cf. ad nr. 672_{10}. 7 Κριτόλαος Φυσκεύς· haud dubie idem Κριτόλαος Φυσκεύς a. 191/0 fundo suo Delphico privatus, *BCH* 1932, 4_{41}. Cuius pater videtur fuisse ᾿Αριστόφυλος Φυσκεύς eodem anno domo sua Delphica privatus, l. c. 4_{52}, filii autem ᾿Αριστόφυλος Κριτολάου Φυσκεύς, manumissor Delphis ἄ. ᾿Αρχία = 153—144 (Daux, l. c. L 46), *GDI* 2019; agonotheta nr. 680 (Lerat II 129^3) et ᾿Αρμενισᾶς Κριτολάου Φυσκεύς nr. 683_5 (c. 150—130). Denique exstat nepos Κριτόλαος ᾿Αριστοφύλου Φυσκεύς, qui cum patris manumissione *GDI* 2019 (vide supra) consentit. Quod autem H. Pomtow Syll.^{3} 610^{15} putat basim Delphicam Marcadé, *Signatures* I 99 ad hanc familiam referri posse, prorsus incertum est. 9 ᾿Αριστόδαμος Φυσκεύς· idem fortasse nr. 671. — Στράταγος Φυσκεύς· cf. ad nr. 667_2. 11 ᾿Ανδρόβιος Δυμάν· cf. ad nr. 687_8.

---

675 Lapis calcarius undique fractus praeter dextram partem, ubi margo exstat, a. max. 0,32, l. 0,29, cr. 0,28; inventus in vico *Malandrino* in agro Θ. ᾿Αλεξοπούλου (cf. nr. 672) postea in domum Εὐθυμίου Τζάκα eiusdem vici transportatus est. Litt. alt. 0,01—0,013, interv. vers. 0,01; Α Γ Σ Ω. Exscripsit Lerat. Ectypum contuli. *Ect.*

post a. 167 a. [ἀγωνοθετέοντος τῶν Λοκρῶν . .c. 5. .]ο[., μηνὸς πέμπ]-
[του, ἐν δὲ Φυσκέοις ἄρχοντος Κρ]ινία, μηνὸς Διονυ-
[σίου, ἐν ἐννόμωι ἐκκλησίαι ἀπέδ]οτο Τεισίας Φυσ-
[κεύς, συνευδοκεούσας καὶ τᾶ]ς ματέρος Φιλτός,
[τᾶι ᾿Αθάναι τᾶι ᾿Ιλιάδι σῶμα] ἀνδρεῖον, οἶ ὄνομα
[. . 6—7 . . , τιμᾶς ἀργυρίου μν]ᾶν τριῶν. προαποδό-
[τας --- 12—13 --- Φυσκεὺ]ς κατὰ τὸν νόμον. μάρ-
[τυροι -----------------]τος Φυσκεῖς,
------------------------. ἁ ὠνὰ κεῖ-
[ται παρὰ ----------------]. *vacat*

Suppl. Lerat || 1 legit et suppl. Kla. || 4 fin. idem, ΝΑΥΣ Lerat.

V. 2 Κρινίας· idem in titulo nr. 668_6 princeps archontum Physcensium recensetur. Cuius magistratus, siquidem supplementum versus 1 probabile videtur, post a. 167 atque ex litteratura brevi post a. 167 statuendus est. — Διονύσιος· hic mensis Physcensium respondet mensi Πέμπτος fastorum communis Locrorum, cf. Lerat II 172. 4 Φιλτός· eandem formam genetivi pro Φιλτῶς habes in titulo IG XII 1, 719 (t. Camir. 179), ubi confer; vide etiam C. D. Buck, *The Greek Dialects* (1955), 93, qui recte monet in lege Amphictionum Delphorum IG II/III^2 1126 (Syll.^{3} 145) v. 8 pro τᾶς Λατῶς potius Λατός scribendum esse.

676 '*Bloc de marbre gris*' (?) a. 0,80, l. max. 0,45, cr. 0,15, inaedificatus quondam in apside ecclesiae S. Ioannis vici *Malandrino* atque ita quidem, ut dextra pars lapidis occultata esset, sed. a. 1933 et 1960 lapidem frustra quaesivi. In lapide duo tituli *(a. b)* et a sinistra tituli *a* vestigia tertii tituli tam exigua, ut hic praetermiserim. Litt. alt. 0,01; ΑΣ *(a)* Σ *(b)* (Cahen). Ed. E. Cahen, *BCH* 22, 1898, 354 ss. nr. 1. Cf. Lerat I 28[4] (SEG XII 283).

brevi post a. 166/5 ***a***
ἀγωνοθετέοντος Καλλ[– –, μηνὸς – – – ἀπέδοτο – – – – – – – – – – – –]
Φυσκεὺς ᾿Εργασίωνα τᾶι ᾿Αθά[ναι τᾶι ᾿Ιλιάδι – – – – – – – – – – – – –]
θη τὰν ὠνὰν ὑπὲρ ᾿Εργασίωνος ε –
νος κατὰ τὰν ὠνὰν τὰν οὖσαν πα[ρὰ – – – – – – – – – – – – – – – – – – –]
ων. βεβαιωτῆρες κατὰ τὸν νόμον Διο[– – – –, – – – – – – – –. μάρτυροι]
Εὐθύδαμος, Βούθηρος Λυκέα, Φιλον[– – – – – – – – – – – – – – – – Κρι]-
νίας, Παγκρατίδας, ᾿Αντιγενείδας [– – – – – – Φυσκεῖς, – – – – – – – – Ξε]-
ναίνετος, Φιλόνικος Ξένωνος, Φαλ[ακρίων ? – – – – – – – – Δυμᾶνες. τὰν]
ὠνὰν φυλάσσοντι Φιλόνικος Ξένων[ος Δυμάν, – – – – – – – – – – – Φυσκεύς].

brevi post a. 166/5 ***b***
ἀγωνοθετέοντος τῶν Λοκρῶν –,
μηνὸς πρώτου, ἐν δὲ Καλλιπόλει γρα[μματεύοντος – – – – – – – – – – – – –]
μηνὸς Πανάμου ἀπέδοντο ᾿Ανθεμὼ [καὶ – – – – τᾶι ᾿Αθάναι τᾶι ᾿Ιλιάδι]
παιδάριον οἰκογενές, οἶ ὄνομα Σωτήρ[ιχος – – – – *pretium* – – – – ἐπὶ τοῖσ]-
δε ὥστε παραμένειν Σωτήριχον πα[ρὰ ᾿Ανθεμὼ ποιέοντα τὰ ἐπιτασσό-
μενα]
ὑπὸ ᾿Ανθεμῶς, ἕως κα ζῇ ᾿Ανθεμώ· [εἰ δὲ μὴ παραμένοι ἢ μὴ ποιέοι τὰ
ἐπιτασσό]-
μενα, ἐξουσίαν ἐχέτω ᾿Ανθεμὼ [– ἢ ἕ]-
τερος, ὅν κα ᾿Ανθεμὼ κελεύσῃ· [εἰ δέ τι πάθοι ᾿Ανθεμώ, ἐλεύθερος ἔστω
Σωτή]-
ριχος. βεβαιωτῆρες Λοκρὸς [μὲν – – – – – – – – – – – – – – – – –, Αἰτωλὸς δὲ]
Καλλίμαχος Δωριμάχου [Καλλιπολίτας ?. – – – – – – – – – – – – – – – – – – –]
τόδαμος Καλλιπολίτας –
Καλλίστρατος, Στρατόν[ικος –]
Μνασίθεος, Πολέμων –

Suppl. Cahen || 1 in censum venit agonotheta Καλλικράτης ᾿Αντιγενείδα Φυσκεύς a. 165/4 (?), de quo vide ad nr. 709_7, sed cf. quae suo iure Lerat II 132[1] adnotat || 2 fin. – – καὶ ἀνετί]|θη Cahen || 5 fin. 7 med. 8 fin. 9 fin. Lerat I 28[4] || 15 μὴ παραμένοι ἢ add. Kla. propter spatium || 17 εἰ δέ τι πάθοι ᾿Ανθεμώ Kla., εἰ δὲ παραμένοι Cahen, iusto brevius || 18. 19 Kla. || 21 Lerat II 221 s. v.

a Probabiliter hoc Ergasionis manumissionis instrumentum non unicum fuit, sed praecesserat alterum (v. 4), quod nunc si non tollitur (cf. ex. gr. *GDI* 1844), at saltem nescio quo modo commutatur. Ita quoque intellegitur, cur de Ergasione nihil accuratius dicatur. — V. 2 ᾿Εργασίων· ad nomen cf. Bechtel, *H. P.* 161. 6 Εὐθύδαμος· haud dubie idem atque agonotheta [Εὐ]θύδαμος Φυσκεὺς ἄ. ἐν Δελφοῖς Μενεστράτου = 162/1 ? (Daux, *Chron. delph.* L 37), *GDI* 1878 et μάρτυς manumissionis Physcensibus a. 137/6 ?, nr. 677_{29}. — Βούθηρος· de hoc nomine, quod simul formam Βουθήρας praebet, cf. Bechtel, *H. P.* 209. Forma Βουθήρας etiam inter Physcenses occurrit, cf. *GDI* 1842. 7 Παγκρατίδας· idem μάρτυς manumissionis nr. 682_{18} et fortasse βεβαιωτήρ manumissionis nr. 678 IV_6. — ᾿Αντιγενείδας· probabiliter idem atque agonotheta, de quo cf. ad nr. 672_{15}. 8 Φιλόνικος Ξένωνος Δυμάν· sc. agonotheta a. 164/3 ? (Lerat II 132[3]), *GDI* 1842; βεβαιωτήρ manumissionis Delphis ἄ. Θευξένου = 166/5, *GDI* 1851; φυλάσσων τὰν ὠνάν ibidem ἄ. ᾿Αμφιστράτου = 160/59 ? (Daux, l. c. L 39), *FD* III 3, 54. De ethnico cf. ad nr. 667_{13}.

b V. 19 Δωρίμαχος Καλλιπολίτας· fortasse idem βεβαιωτήρ manumissionis Delphis ἄ. Σωσιπάτρου = 139/8, *GDI* 2137. 20 – – τόδαμος Καλλιπολίτας· videtur unus ex eis esse, qui τὰν ὠνὰν φυλάσσοντι, et nomina, quae v. 21/2 sequuntur, testium Physcensium. 21 Καλλίστρατος· haud dubie Καλλίστρατος Δαμοκρίτου Φυσκεύς, μάρτυς manumissionis Delphis a. 164/3 ? (Lerat II 132[3]), *GDI* 1842, et anno incerto (cf.

Lerat II 129[3]), *FD* III 3, 49; μάρτυς pensionis Drymaeae c. a. 162, IG IX 1, 226; βεβαιωτήρ manumissionis Physcensibus a. 137/6?, nr. 677_{22}.
Utrumque titulum annis proximis post 166/5 tribuendum esse e prosopographia apparet.

---

677 Tabula lapidis calcarii a dextra et supra a sinistra fracta a. 0,60, l. max. 0,50, cr. 0,25, nunc malleo in septem partes contusa; inventa in agro Εὐθ. Φριτζαλᾶ prope fontem Ἀσπρόβρυσι (cf. nr. 681) et in eandem domum vici *Malandrino* transportata atque nr. 679. Inscripti sunt tres tituli *(a. b. c)* atque ita quidem, ut titulus *a* in superiore parte tabulae, infra hunc titulum titulus *c*, a sinistra tituli *c* titulus *b* exstet. Litt. alt. *a* 0,014—0,022, *b* 0,006—0,01, *c* 0,006—0,012, interv. vers. *a* 0,008—0,015, *b* c. 0,008, *c* c. 0,005; *a* Α Θ Σ Ω, extremae hastae crassatae, formae neglegenter exaratae, *b* Α Μ Π Σ et Σ, *c* Α Μ Π Σ. Edd. Εὐθ. Μαστροκώστας, Ἐφ. 1955 (1957), 60 ss. nr. 5—7 cum imag. phot. (inutili); ectypo collato (Kla.) SEG XVI 354 (5). 359 (6). 360 (7). Ectypa denuo contuli. *Ect.*

brevi post a. 166/5 ***a*** [ἀ]γω̣ν̣[οθετέοντος τῶν Λοκρῶν – – – – – – – – – – – –]
[μ]ηνὸς [– – – ἐν ἐννόμωι ἐκκλησίαι ἀνέθηκε ἁ πόλις]
τῶν Φυσ[κέων σώματα γυναικεῖα δύο, αἷς ὀνόματα]
Σωστρ[άτα, – – – –, τὸ γένος – – – –, ἐπ' ἐλευθερίαι]
τᾶι Ἀθᾱ[̣ναι τᾶι Ἰλιάδι. μάρτυροι οἱ πολῖται].
vac.

med. s. II a. ***b*** [ἀγωνοθετέοντος τῶν Λοκρῶν – – – – – – – – – – Φυ]σκέος, μηνὸς
[πρώτου, στραταγέοντος – – – – – – – – – – – – – ο]υ, μηνὸς Πανά-
[μου ἀπέδοτο Με – – – – – – – – – – – – – – – – – – συν]ευδοκέοντος
[– – – – – – – – – – τᾶι Ἀθάναι τᾶι Ἰλιάδι ἐπ' ἐλευθ]ερίαι σῶμα ἀν-
[δρεῖον καὶ γυναικεῖον, οἷς ὀνόματα – – – – –, – –]ᾳ̣ς, τὸ γένος
[– – – – – – – – – τιμᾶς ἀργυρίου μνᾶν – – – – – – – – βε]β̣αιωτὴρ κα-
[τὰ τὸν νόμον – – – – – – – – – – – – – – – – – – εἰ δέ τ]ι πάθοι Με-
– ς γυναῖκα
– ὑπάρχοντα
vac.

a. 137/6? ***c*** ἀγωνοθε[τέοντ]ος τῶν [Λοκρῶν Εὐνίκου Τριτέος, μηνὸς – – –, στρα]-
ταγέου̣[τος Ἀν]τιόχου Ἀν̣[– – ου, μηνὸς – – –, ἐν δὲ Φυσκέοις]
ἄρ̣χο̣[ντος Εὐ]κ̣λείδα, μη[νὸς – – – ἐν ἐννόμωι ἐκκλησίαι τῶν]
Φυσ[κέων ἀνέ]θηκαν Τιμολέ̣[ων καὶ – – – – – – – τᾶι Ἀθάναι]
τᾶι Ἰλ̣[ιάδι] σῶμα ἀνδρεῖ[ον, ὧι ὄνομα Φάνης(?), τὸ γένος – – ἐ]-
π' ἐλευ̣[θε]ρίαι κατὰ τὸν νόμο̣[ν, ὥστε ἱερὸν εἶμεν καὶ ἐλεύθερον]
Φάνην(?) καὶ ἀνέφαπτον ἀπὸ π[άντων, καθὼς ἐπίστευσε τὰν ὠνὰν]
Φάνης(?) τᾶι Ἀθάναι τᾶι Ἰλιάδι. βε[βαιωτῆρες Καλλίστρατος Δα]-
μοκρίτο[υ] Φυσκεύς, Ξενοκράτη̣[ς – – – –. τὰν ἀνάθεσιν(?) φυλάσ]-
σοντι Κ̣[αλλί]στρατος, Τιμα [– – – Φυσκεῖς. μάρτυροι – – – –],
Ἀντι[γ]ε̣νείδα̣ς̣ Λυκίδα, Ξενο –,
Δεξίθεος Ἀνα[ξ]ανδρο., Πανταί[νετος – – – – – – – – – – – – – – – – – –],
Δαμοκλείδας Δαμοκλείδα, –
κλῆς, Μικκίνας, Πολέμαρχος Ạ –
Φιλάνδρου, Εὐθύδαμος –
vac.

a Mast. imprimis propter magnitudinem litterarum haec de dedicatione quadem superesse putat, iniuria si quid video, nam repugnat mensis commemoratio et forma lapidis. Itaque potius de manumissione atque ea gravitatis sane cuiusdam cogitaverim et non nisi exempli gratia ita supplevi || 1. ιΟΝ ('πρὸ τοῦ – ον – τοῦ 1ου στίχου ἴχνος καθέτου κεραίας') Mast., in ectypo nihil agnoscitur || 5 fin. cf. nr. $709_{8.\,12}$.

b Suppl. Mast. || 9 in. καὶ τοῦ υἱοῦ – – idem || 10 Kla., [δρεῖον, ὧι ὄνομα – –]ης Mast., iusto brevius || 11 in. ἔνδο – vel οἰκογενές Mast. || 13/4 [– – – παραμενέτω – ης παρὰ (τὸν υἱόν), ἄχρι κα (ὁ υἱός) – –]ς γυναῖκα | [λάβηι· ἐπεὶ δέ κα γυναῖκα λάβηι, ἀποτρεχέτω – ης ἔχων πάντα τὰ] ὑπάρχοντα. idem.

c Suppl. Mast. || 15 med. Kla. || 16 med. ΑΜ̣ Mast. || 16 fin.—18 in. legit et suppl. Kla., μηνὸς Παν]|ά̣μ̣ου . . . κ̣λείδα Μν[– – – – ἄρχοντος ἐν]| Φυσ[κέοις ἀνέ]θηκαν Mast. || 19 Φάνης, cf. v. 21 et 22, sed etiam – – φάνης fuisse potest, Kla. || 19 fin. οἰκογενές Mast. || 20 Kla., τιμᾶς ἀργυρίου ΜΜΜΜ, ὥστε ἱερὸν εἶμεν] Mast. || 21 med. post πάντων add. τὸν πάντα χρόνον Mast. || 22 fin. Kla., β. κατὰ τὸν νόμον – – – Δα] Mast. || 23 fin. Kla., τὰν ὠνάν Mast. || 24 med. Φυσκεῖς Kla. || 25 in. Λυκίδας Mast. || 26 in. Ἀνά[ξ]ανδρος idem.

a V. 2 Ad manumissionem ab oppido quodam factam cf. ex. gr. *GDI* 1706 (ἁ πόλις τῶν Δελφῶν) et *SBAk. Berl.* 1936, 371 (ἁ πόλις τῶν Ποτιδανιέων); vide etiam A. Calderini, *La Manomissione* (1908), 175[1].

Agonotheta Locrorum et litterarum formae titulum *a* proximis post a. 166/5 annis exaratum esse arguunt.

b Ex eo, quod in hoc titulo velut in insequenti praetor Aetolorum cum mense Aetolico additur, apparere manumissorem hic et illic Aetolicae originis fuisse recte adnotat Mast., cuius tamen supplementa vs. 13/4 probabilitate carent.

Quod ad aetatem tituli *b* attinet, ex dispositione titulorum, quae est in lapide, et litterarum formis evincitur eam ante tit. *c* statuendam esse, i. e. med. saec. II.

c V. 15 Agonothetam Eunicum Tritensem supplendum esse colligitur e certo supplemento archontis Physcensium Euclidae (v. 17). Nam ambo eodem anno magistratum gessisse atque anno archontis Delphorum Hybriae (137/6?, Daux, *Chron. delph.* L 74) ex tit. nr. 705 elucet. Idem Εὔνικος Λασθένεος Τριτεύς, προαποδότας manumissionis Delphis ἄ. Ἀρχία 153/2—144/3 (Daux, l. c. L 46), *GDI* 2028, et Εὔνικος Τριτεύς, μάρτυς manumissionis ibidem ἄ. Θρασυκλέος eiusdem temporis, *FD* III 3, 20. 16 Praetor Aetolorum Antiochus notus est ex nr. 634, unde docemur eum post praetorem Νικιάδαν Λέωνος Ἀπειρικόν (c. a. 141/0) munere functum esse (Lerat I 96). Quod nunc hoc titulo comprobatur, quo a. 137/6? tribuitur, vide supra. 18 Manumissores fortasse Φυλλαῖοι fuerunt, vide ad v. 23. 22/3 Καλλίστρατος Δαμοκρίτου Φυσκεύς· cf. ad nr. 676_{21}. 23 Ξενοκράτης· sc. non Physcensis, sed probabiliter Aetolus. Si idem est atque Ξενοκράτης Φυλλαῖος, συνευδοκέων manum. ἐν Κρουνοῖς med. s. II a., nr. 639, 7, apparet Φυλλαίους post a. 167 in dicione Aetolorum mansisse; ceterum cf. Lerat I 65. 69. 26 Δεξίθεος (Ἀναξάνδρου?) Φυσκεύς· distinguendus a priore cognomini Physcensi, de quo vide ad nr. 673_{9}. — Πανταίνετος Φυσκεύς· cf. ad nr. 681_{16}. 27 Δαμοκλείδας Δαμοκλείδα Φυσκεύς· aut idem aut filius eius, qui hoc ipso anno alius archon Physcensium fuit (nr. 705_{13}). 28 Μικκίνας Φυσκεύς· idem etiam μάρτυς manumissionis eiusdem anni Physcensibus nr. 705_{16}. — An supplendus Πολέμαρχος Ἀρχεδάμου Φυσκεύς, qui μάρτυς manumissionis Delphis 153/2—144/3 (Daux, *Chron. delph.* p. 55), *FD* III 3, 50? 29 Φίλανδρος· haud dubie idem nr. 713_{5}. — Εὐθύδαμος· cf. ad nr. 676_{6}.

---

678 Lapis calcarius undique fractus a. max. 0,43, l. max. 0,30, quem Lerat a. 1950 e muro agri Εὐθ. Φριτζαλᾶ in vico *Malandrino* (cf. nr. 677) extraxit; ubi nunc sit, ignoratur. Continet reliquias quattuor manumissionum (I—IV) atque ita quidem, ut a sinistra parte exstet I, a dextra II et III altera infra alteram, infra I et III medio loco IV. Litt. alt. I c. 0,011, II 0,012—0,018, III c. 0,011, IV 0,008—0,013, interv. vers. I c. 0,004, II c. 0,004, III c. 0,005, IV c. 0,006; I Α Θ Π Σ ω, II Α Σ, III Α Μ Ν Σ ω, formae neglegenter incisae, IV Α Μ Ν Π, formae bonae. Exscripsit et commemoravit Lerat II 239 s. Ectypa contuli. *Ect.*

I –
– – – – – – – – – – – – – – – – Ο . ΛΙΕ̣Σ
[– – – – – – – – – – – – τᾶι] Ἀθάναι τᾶι
[Ἰλιάδι – – – – – – – – σῶμ]α ἀν̣δ̣[ρεῖον]
– – – – – – – – – – – – – – – ε βεβαιωτὴρ
– – – – – – – – – – – – – – – α̣ς. μάρτυροι
– – – – – – – – – – – – – – – Φυσκεῖς, Πα-
– – – – – – – – – – – – – – – ΑΤΤΗΝ̣Ο .
[– – – – – – – – – – – ἁ ὠνὰ] κεῖται πα-
[ρὰ – – – – – – – – – – – –]. *vac.*

II ΣΩ – – – – – –
ΟΥΤ – – – – –
ΜΟΥ – – – – –
ΕΦ̣ΥΣ – – –
Ν̣ΟΣΑΜ̣ – – –
Λάδικος – – –

III Μ̣ΑΜΗωΤ – –
Τ̣ΕΤΑΝΤΑ – –
μος Φ̣υσ[κεύς? – –
ς̣, Νικόλα̣[ος, – –
Διότιμος, – –
δρος, Λυκέ̣[ας – –

ante med. s. II a. IV [ἀγω]νοθετέοντος Τολμ[ίδα τοῦ Δαμοτέλεος Τολφωνίου, μηνὸς]
[. . δ]εκάτου ἀπέδοτο Ἀνα[ξ – – – – – – – – – τᾶι Ἀθάναι τᾶι]
[Ἰλιά]δι, συνευδοκέοντ̣[ος καὶ τ – – – – – – – – – – – – – – – – –]
[σῶμ]α γυναικεῖον, ἇι ὄ[νομα – – –, τὸ γένος – – – – – – – – – –]
[ἐπ' ἐλε]υθερίαι τιμᾶς [ἀργυρίου μνᾶν – –. βεβαιωτὴρ κατὰ τὸν]
[νόμον] Παγκρατ[ίδας ? –]
– –

I 1 Kla., ΟΣ καὶ ἔστω Lerat || 3 Kla. || 7 idem, ΝΤΤΗ Lerat || 8 Kla.
III 3 Kla. || 4 idem || 6 fin. suppl. idem.
IV Suppl. Lerat || 1 fin. primam agonothesiam suppl. Kla.; vide infra || 2 in. [νος δ]εκάτου Lerat, propter spatium probabiliter ἑνδεκάτου vel potius δωδεκάτου, Kla. || 5/6 legit et suppl. idem.

Cum de compositione titulorum I. II (videntur nomina testium recensita esse). IV dubitari non possit, interpretatio tituli III plane obscura est. In fine quidem probabiliter exstant nomina intercessoris (?, – – μος) et testium, sed quid sibi velint vs. 1 et 2, non video. Abhorrent certe ab usitato initio manumissionum, itaque suspicio datur initium huius manumissionis alio quodam lapidis loco exaratum esse.

III V. 5 Διότιμος quidam Physcensis est testis manumissionis Delphicae a. 164/3? (Lerat II 132[3]), *GDI* 1842. 6 Λυκέας· nomen Physcensibus notum, cf. Lerat II 210 s. v.

IV V. 1 Minimum bis Tolmidas Tolphonius agonothetae munere functus est. Quod apparet e manumissione Delphica *FD* III 1, 565 (ἄ. Δεξώνδα, c. 151/149, cf. Daux, *Chron. delph.* 55), ubi altera agonothesia recensetur. Cum autem Lerat (II 240) dubitet, utri agonothesiae titulus supra positus tribuendus sit, equidem omnibus supplementis versus 1 prae supplementis aliorum versuum diligenter perpensis persuasum habeo priorem agonothesiam hic sumendam esse. Quae scilicet annis, qui sunt ante a. 151/149, assignanda est (Lerat II 133[1]). 4 Spatium post τὸ γένος fortasse praelongum est. Tum de additamento quodam condicionis velut αὐλητρίδα (*GDI* 1842) cogitaveris. 6 Παγκρατίδας, si supplementum recte se habet, testis manumissionum nr. 676_7 et 682_{18}.

De serie autem, qua hi quattuor tituli lapidi inscripti sunt, certe iudicari non potest. Videntur tamen litterarum formae indicare titulos I—III post demum titulum IV atque serie II. I. III exaratos esse.

---

679 Tabula lapidis calcarii cinerei undique ut videtur fracta a. 0,28, l. 0,20, cr. 0,225; inventa est 'εἰς τὸ δέμα, τὸν ἀναλημματικὸν ξηρότοιχον, τῶν ἀγρῶν Παναγιωτοπούλου καὶ Θ. Ἀλεξοπούλου παρὰ τὴν Ἀσπρόβρυσην (cf. nr. 681) καὶ μετεφέρθη εἰς τὴν οἰκίαν Λ. Τσιώτα ἐν Μαλανδρίνῳ'. Litt. alt. 0,007—0,01, interv. vers. c. 0,008; Α Θ Μ Π Σ et Σ. Edd. Εὐθ. Μαστροκώστας, Ἐφ. 1955 (1957), 58 ss. nr. 4 cum imag. phot.; ectypo collato (Kla.) SEG XVI 358. Ectypum denuo contuli. *Ect.*

med. s. II a. [ἀγωνοθετέοντος Με]νάνδρου – τοῦ δεῖνος *ethni*- –
[– *cum* –, μηνὸς – – ἀ]πέδοτο Λευκί[ας – – – – – – –]
[τᾶι Ἀθάναι τᾶι Ἰλι]ά̣δι σῶμα γυναι[κεῖον ἐπ' ἐ]-
[λευθερίαι, ἇι ὄνομα Σ]ω̣σώ, τὸ γένος Σα̣[ρματίν?],
[τιμᾶς ἀργυρίου Μ]Μ̣ΜΜ̣. παραμινάτω̣ [δὲ Σω]-
[σὼ παρὰ Λευκίαν], ἄχρι οὗ κα ζῇ Λευκία[ς, ποιοῦ]-
[σα τὸ ἐπιτασσό]μ̣ενον· εἰ δὲ μὴ παραμέ[νοι ἢ μὴ]
[ποιοῖ τὸ ἐπιτασσό]μενον, κύριος ἔστω Λευκ̣[ίας]
[τύπτων καὶ δέρ?]ων Σωσώ, εἰ μὴ ποιοῖ τι τῶ[ν]
[ἐπιτασσομένω]ν Σ̣ω̣σώ· ἐπεὶ δέ κα ἀπο[θάνῃ],
[ἐλευθέρα ἔστω Σωσ]ῴ. βεβαιωτὴρ κατὰ τὸν ν[ό]-
[μον. . . . c. 10 . . . .] Π̣ολεμάρχου̣. μάρτυροι̣ – –
– – –, – – – – c. 14 – – – της, Ὀρθόδικος, Ἀρισ̣[τ – –].
vac.

Suppl. Mast., sed vel supplementa vel versuum dispositionem spatiorum ratione habita hic illic mutavit Kla.; adnotata sunt graviora tantum || 3/4 ἐπ' ἐλευθερίαι add. Kla. || 4 fin. ἐν[δογενές] Mast. || 5 med. primum

M add. Kla. || 10/11 ἐπεὶ δέ κα ἀπο[θάνοι Λευκίας, ἐλευθέρα ἔστ]ω Mast. || 11/2 κατὰ τὸν ν[όμον] Πολέμαρχος id. || 13 in. [Καλλικρά?]της id.

V. 1 Quamquam supplementum Μένανδρος non ab omni parte certum est, tamen probabilissimum est atque titulum a. 167 a. Chr. recentiorem esse, i. e. Menandrum Locrorum agonothetam habendum esse litterarum formae clare docent; cf. etiam ad v. 12. Quem Menandrum eundem esse atque Menandrum Dymanem, testem proxeniae nr. 667, suspicatur Mast. 4 Σαρματίς· cf. *GDI* 2108; IG XII 1, 525; IG II/III^2 10243. Formam Σαρμάτισσα praebent nr. 638, 3; *GDI* 1724. 2274 (E. Nachmanson, *Ath. Mitt.* 1907, 10). 12 Magna cum probabilitate supplendus videtur Κριτόδαμος Πολεμάρχου Φυσκεύς, agonotheta Locrorum ἄ. ἐν Δελφοῖς Δάμωνος τοῦ Ξενοστράτου 142/1 aut 141/0 (Daux, *Chron. delph.* L 57), *GDI* 2140. De patre cf. ad nr. 688_7. 13 Ὀρθόδικος· adiectivum e Bacchylide notum hic ut nomen proprium primum occurrere videtur.

---

680 Duo fragmenta *(a. b)* lapidis calcarii. Fragmentum *a* a. 0,15, l. 0,36, cr. 0,16 inaedificatum est in angulo inter meridiem et orientem solem spectanti horrei, quod est prope ecclesiam S. Ioannis vici *Malandrino;* fragmentum *b* insertum est saepto domus, quam iuxta illud horreum sitam possidet Karanazos [non vidi]. Litt. alt. tituli I c. 0,015, II c. 0,01, interv. vers. I c. 0,01, II c. 0,005; I Α Σ et Σ Ω, formae neglegenter exaratae, II Α Μ Π Σ Ω, formae bonae. Frg. *a* ed. A. Wilhelm, *Beitr.* 131 s. nr. 120 cum imag. phot.; frg. *b* commemoravit Lerat, *BCH* 75, 1951, 142 et ed. II 172 una cum fragmento *a*. Contuli lapidem frg. *a* et ectypum frg. *b*. *Ect.*

a *b*

med. s. II a. I –
[Κρ]ινίας Λεοντίου, Σωτη[ρί]δα[ς –]
[Λ]εοντίου, Σώστρατος [Πα]μφαΐδα. *vac.*
II ἀγωνοθετέοντος Ἀριστο[φύ]λου Φυσκέος, μηνὸς [δωδεκά]-
του, ἐν δὲ Φυσκέοις ἄρχοντος Ν[ικά]νδρου, μηνὸς Δίνωνος, ἐν [ἐννόμωι ἐκ]-
κλησίαι, ἀπέδοτο Ξενοδόκα Χαιρέ[α Φ]υσκὶς τᾶι Ἀθάναι τᾶι Ἰλιάδι [σώματα ἀν]-
[δ]ρεῖα μὲν οἷς ὀνόματα Ἀριστε[ίδ]α[ς, .³⁻⁴.]δαμος, Τιμολέων, Κ̣α – –
[γυναικεῖον *vel* -κεῖα δὲ –] Α̣Γ̣ – –

Suppl. Wilhelm et Lerat || I 1 fin. Kla., Σωτη—δ̣α̣ο̣ Lerat, id quod II 222 s. v. suppl. Σωτή[ριχος]; at inter Σωτη et ultimas litteras spatium nonnisi max. duarum litterarum exstat. Litterae δα in ectypo clare leguntur neque tamen ο, ita ut supplementum Σωτηρίδας certum videtur || II 4 in. Wilhelm, *N. Beitr.* I (1911), 24 s. et G. Daux, *BCH* 56, 1932, 320[1] *('on attend un chiffre après* μὲν: *il a peut-être été oublié, mais l'énumération qui suivait* ὀνόματα *permettait d'y suppléer [il y a des exemples analogues à Delphes]')* || 4 fin. duas ultimas litteras legit Kla. || 5 in. Daux l. c. || 5 fin. legit Kla.

I V. 1 Κρινίας Λεοντίου· idem μάρτυς manumissionis Delphis a. 164/3? (Lerat II 132[3]), *GDI* 1842. Cuius pater probabiliter Λεόντιος Κρινία Φυσκεύς, proxenus Thespiensium, IG VII 1727; nam orator huius decreti, Τορτέας Φαείνω Θεσπιεύς, a. 189/8 proxenia a Delphis honoratus est (Syll.^{3} 585 nr. 42); cf. etiam E. Preuner, *Ein delphisches Weihgeschenk* 1900, 68. 2 Παμφαΐδας· fortasse idem aut nepos est μάρτυς cognominis manumissionis Delphis a. 164/3?, *GDI* 1842 (vide supra).

II V. 1 ἀγωνοθετέοντος Ἀριστοφύλου Φυσκέος· cf. ad nr. 674_7. De anno agonothesiae non constat, cf. Lerat II 129[3]; e litteratura tituli medio fere saeculo II a. Chr. assignandus est. — De mense duplici modo significato (et numero et nomine) cf. Daux apud Lerat II 172. 2 Νίκανδρος Φυσκεύς· eius filius fortasse Τιμόμαχος Νικάνδρου nr. 683_{14}.

Quod ad titulorum ordinem attinet, revera titulus II post titulum I videtur exaratus esse.

---

681 Lapis calcarius a dextra et infra mutilus a. 0,25, l. 0,27, cr. 0,17—0,21; inaedificatus in fonte Ἀσπρόβρυσι, qui decem fere minutarum intervallo septentriones versus abest a vico *Malandrino*, postea in vicum *Lidoriki* transportatus est, ubi a. 1933 in schola vidi. Litt. alt. 0,01, interv. vers. 0,003; Α Π Σ Ω. Ed. E. Cahen, *BCH* 22, 1898, 356 ss. nr. 2. Cf. A. Wilhelm, *Beitr.* 135 nr. 124; G. Daux, *FD* III 3 p. 40[2] et *BCH* 56, 1932, 319 s.; Lerat I 46. 69[0]. II 96. Apographum, quod fecit P. Jamot, misit A. Plassart. Lapidem contuli. *Ect.*

med. s. II a.

[ἀγωνο]θε[τ]έοντ[ος – – – – – – c. 16 – – – – – –],
[μηνὸ]ς πρώτου, ἐν δ[ὲ τοῖς Αἰτωλοῖς ἀγω]-
[νοθ]ετέοντος Ἀρχελάο[υ – – – c. 9 – – –, μη]-
νὸς Πανάμου ἀπέδοτ[ο Φίλιππος . . c. 5 . .]-
μύλου Οἰνοαῖος τᾶι Ἀθά[ναι τᾶι Ἰλιάδι]
παιδάριον καὶ κοράσιον [– – – c. 7 – – –, οἷς]
ὀνόματα Ἀντίοχος, Εὔ[πραξις, τι]-
μᾶς ἀργυρίου |Μ| Μ ἐπ' ἐ[λευθερίαι]·
παραμενέτωσαν δὲ Ἀ[ντίοχος καὶ]
Εὔπραξις παρὰ Φίλιππον, [ἕως κα ζῆι Φί]-
λιππος, ποιοῦντες τὸ ἐπι[τασσόμενον].
βεβαιωτὴρ κατὰ τὸ σύμβολο[ν Λοκρὸς]
μὲν Ἀγέλαος Χαιρελάου [⟨Οἰανθεύς⟩, Αἰτωλὸς δὲ]
Μενέμαχος Σείμου Ἀκοαῖο[ς. τὰν ὠνὰν]
φυλάσοντι(!) Λοκροὶ μὲν Ολ – –, – – –
τας, Πανταίνετος Φυσκε[ῖς, – – –]-
ων Χαιρελάου Οἰανθεύ[ς, Αἰτω]-
λὸς δὲ Στράτιος Οἰνοαῖο[ς. μάρτυ]-
ροι Λοκροὶ μὲν Ἀρισστο – –, – – –
κράτης, Καλλικράτης, – – – – – – – –,
Αἰνέας, Ξένων, Κεινέ[ας, – – – – – –]-
ας, Αἰτωλοὶ δὲ Δικαίαρ[χος – – –]
. . . ΑΣ . . . . ΤΟΣ¯˘ – – – – – – – –

Litterae lineis subscriptis notatae, quas etiamtum Jamot et Cahen viderunt, hodie non iam exstant. — Suppl. Cahen || 1/2 legit et suppl. Wilhelm || 2 fin. Kla., ἐν δ[ὲ Αἰτωλίαι Daux, iusto brevius || 4/5 Σι]μύλου? Cahen, sed nomen longius fuit || 6 οἰκογενῆ? Cahen || 7 legit Kla.; supplementum c. 5 litteris brevius. Fortasse vitium lapidis erat aut ἐν ἑνί ante τι]μᾶς supplendum est || 13 [Οἰανθεύς, ... Αἰτωλὸς δὲ] Cahen, multo longius. Lapicida aut Οἰανθεύς aut Αἰτωλὸς δέ per errorem omisit, illud verisimilius puto || 14 Ἀκ⟨ρ⟩αῖος Lerat I 69[6], sed etiam Jamot ΑΚΟΑΙΟΣ omnibus litteris exhibet || 16 fin. Jamot, Φυσκ[εύς] Cahen, sed praecedunt tria nomina || 20 in. Jamot, . ΡΑΤ Cahen || 21 fin. nomen Κρινίας mavult Lerat II 207 s. v., sed etiam Jamot ΚΕΙΝΕ habet || 22 in. Jamot, . Σ Cahen || 23 Cahen, . . . 6 . . . ΣΤΡΑΤΟΣ – – Jamot.

V. 1—3 De duobus agonothetis, qui hic nominantur, Locrorum et Aetolorum, et de difficili quaestione, quae fuerit ratio inter eos, fusius egi *SB Ak. Berl.* 1936, 372 ss.; nullam rationem interfuisse putat Lerat, qui etiam de agonotheta Locrorum aliter iudicat, cf. II 117 ss. 4 Πάναμος est ultimus mensis anni Aetolici. 5 Οἰνοαῖος· probabiliter ethnicum oppidi Οἰνεών (Οἰνόα), quod in campo vici *Marathia* situm fuisse videtur, cf. Lerat I 44 ss. 195 ss.; E. Kirsten apud A. Philippson, *Die griech. Landschaften* II 2 (1958), 319[3]. 13 Ἀγέλαος Χαιρελάου Οἰανθεύς (Lerat I 46[3])· idem βεβαιωτήρ manumissionis etiam Phaestini a. 166/5, nr. 709_5; frater infra v. 16/7. 14 Ἀκοαῖος· ethnicum oppidi ignoti, probabiliter olim Locrorum, quod tamen post a. 167 velut Οἰνεών in dicione Aetolorum mansit. 16 Πανταίνετος Φυσκεύς· idem μάρτυς manumissionis Delphis ἄ. Δεξώνδα = 153/2—144/3 (Daux, *Chron. delph.* L 49), *FD* III 1, 565, et Physcensibus ἄ. ἐν Δελφοῖς Ὑβρία = 137/6? (Daux, l. c. L 74), nr. 705_{18} et nr. 677_{26}; ἀγωνοθέτης ἄ. ἐν Δελφοῖς Ἀριστίωνος τοῦ Ἀναξανδρίδα = 134/3 vel 130/29? (Daux, l. c. L 65), *FD* III 2, 214. 19 Λοκροί· unde hi Locri oriundi sint, indicatum non est, nam locus huic designationi vacat nullus. Videntur autem Physcenses esse, cf. quae ad

nomina sequentia adnotavimus. 20 Καλλικράτης· vide ad nr. 709_7. 21 Αἰνέας· haud dubie idem φυλάσσων τὰν ἀνάθεσιν Physcensibus nr. 688. — Ξένων· probabiliter μάρτυς manumissionis Phaestini c. a. 140, nr. 713_6, et Physcensibus a. 137/6?, nr. 705_{17}, fortasse ibidem etiam a. 176/5 (nr. 672_{45}).

Titulum medii fere saec. II a. Chr. esse et agonotheta Locrorum et prosopographia et litteratura docent.

---

682 Lapis calcarius leucophaeus a. 0,435, l. 0,265, inaedificatus in exteriore pariete meridionali (proxime angulum, qui ad orientem solem spectat) ecclesiae S. Ioannis in vico *Malandrino*. Litt. alt. *a* 0,011—0,015, *b* c. 0,01, interv. vers. *a* et *b* c. 0,005; *a* Α Θ Μ Π Σ Ω, *b* Α Π Σ et Σ. Ed. Dittenberger IG IX 1, 352 ex apographo Lollingii. Cf. A. Wilhelm, *Beitr.* 134 nr. 122. Lapidem a. 1933 contuli neque vero a. 1960 videre potui. Apographum, quod fecit Jamot, commodavit A. Plassart. *Ect.*

med. s. II a. *a*
. . c. 5 . . ΥΜΑ . [– – – – – – – – – – – – – – παραμεινάτω δὲ – –]
. ος παρὰ Ἀριστ[– – –, ἕως κα ζῆ, ποιέων τὸ ἐπιτασσό]-
μενον καὶ κυρία [ἔστω ἁ ὠνά(?) – – – – – – – – – – – – – – – –]
ἐπεὶ δέ κα ἀποθάν[η Ἀριστ – – καὶ – – – – – – – – – – – – ο]-
ν Θεύκλεια Ἡρακ[λ – – –, παραμεινάτω – – – – – – – – – – – –]
εἰ δὲ μὴ παραμέν[οι – – – – – – – – – – – – – – –, ἀτελὴς καὶ ἀρ]-
μένα ἔστω ἁ ὠν[ά. μάρτυροι – – – – – – – – – – – – – – – – – – –]
Ἀντιγενεΐδας: –
Κρινίας: Πορθάω[ν: –]
ἁ ὠνὰ κεῖται παρ[ὰ –].

med. s. II a. *b*
[χειρόγρ]αφον Ἀρίστωνος τοῦ Λύκ[ωνος – μηνὸς]
[. . c. 6 . . ο]υ ἕκται ἱστα[μ]ένου ἐν ἐνν[όμωι ἐκκλησίαι τῶν Φυσκέων ἀπέδοτο Ἀρίστων]
[Λύκωνο]ς Φυσκεὺς τᾶι Ἀ[θ]ά[ν]αι τᾶι Εἰλ[ιάδι –]
. . . . c. 9 . . . . ΟΠΛΟ . . . c. 8 . . . ΤΟ . ΠΑ –
. . . c. 7 . . . σταιν . . c. 6 . . ΕΞΙΟΝΤ . ΕΝΕ –
[. c. 4 . κατ]ὰ τὸν νόμον ὁ πατὴρ αὐτῶν Π –
. . . c. 7 . . . χίδας [. . c. 5 . . λ]αος Ἐπιξένου Λ[– μάρτυροι]
[οἱ ὑπογρ]άψαντες· [Πα]νκρατίδας καὶ Θε –
[χειρόγρ]αφον Λύκωνος τοῦ Διοίτα· γ[έγονα βεβαιωτὴρ ἐπὶ τᾶς προγεγραμμένας ὠνᾶς]
[κατασταθ]εὶς ὑπὸ Ἀρίστωνος τοῦ Διο[ίτα].

vacat

a suppl. Dttb. || 1 non legit Lolling, ΥΜΑΣ Jamot, ˈΥΜΑˈ Wilhelm, ΥΜΑ′ Kla. || 2 in. . . ΟΣ Loll., ΟΣ Wilh., . ΟΣ Kla. || 2 med. Ἀρίσ[τωνα Wilh., sed cf. infra. — ἕως vel ἄχρι οὗ κα ζῆ Kla. || 2 fin./3 in. Wilh. || 3 fin. ἁ ὠνά(?) Kla. || 4/5 Kla. || 9 nomen Πορθάων neque supra lineam neque minoribus litteris scriptum esse recte adnotat Wilh.

b exscr. et suppl. Kla. praeter v. 11 in. (Wilh.); tituli difficilis lectu Lolling nihil nisi nonnulla in vs. 11 et 12, Jamot plura quidem sed plane incerta legit || 15 in. nomen velut Ἀρίσταινος, Ἀρισταίνετος, Πλείσταινος || 17 fin./18 in. cf. nr. 756_{24}.

a V. 4/5 Si recte interpretor, statuitur, ut, si post manumissoris mortem Theoclea f. Heracl – – libertum (– – ον) sibi habere velit, eius paramona permaneat. 8 Ἀντιγενεΐδας· cf. ad nr. 672_{15}. 9 Κρινίας· hoc nomen plures Physcenses gerunt, quam ut certa ratione distingui possint, cf. Lerat II 207/8 s. v. — Πορθάων· cf. ad nr. 672_9.

b Cum Dttb. de natura huius tituli dubius haereret, suo iure Wilhelm dixit: '*Weitere Entzifferung wird lehren, ob eine Urkunde von der aus delphischen Inschriften z. B. Bull. de corr. hell. XXII 107 u. s. bekannten Fassung oder ein Zusatz zu der darüber eingezeichneten Freilassungsurkunde vorliegt, in deren erster erhaltener Zeile der Name* Ἀρίστων *wiederkehrt*'. Nam nunc apparet revera eam perscriptionem manumissionis exstare, quam ille vir doctus respexerat et quae non solum apud Delphos sed etiam apud Locros occidentales innotuit (cf. nr. 754. 755), nullam igitur interesse necessitudinem inter titulos *a* et *b*, ita ut supplementum nominis Aristonis in titulo *a* infirmum sit. — V. 11 Ἀρίστων Λύκωνος· cf. ad nr. 683_{14}. 18 Παγκρατίδας· idem μάρτυς

manumissionis Physcensibus nr. 676_7 (brevi post 166/5), ubi confer. 19 Λύκων Διοίτα· cf. ad nr. 709_1. 20 Ἀρίστων Διοίτα· idem προαποδότας manumissionis Delphis a. 164/3? (Lerat II 132[3]), *GDI* 1842. Tamen putaverim vitium scribae agnoscendum esse, qui rectius 'ὑπὸ Ἀρίστωνος τοῦ Λύκωνος' scribere debuit. Nam huius est ἁ προγεγραμμένα ὠνά, sed nomina 'Λύκωνος τοῦ Διοίτα' versus antecedentis in errorem duxerunt.

Quod ad tempus titulorum attinet, uterque et e litteratura et e prosopographia medio fere saec. II a. Chr. tribuendus est atque ita quidem, ut titulus *a* paulo posterior esse videatur. Nam recte iam Wilhelm monuit intervallum, quod est inter postremos tres versus huius tituli minus esse quam inter praecedentes. Patet igitur in exarando titulo *a* tituli *b* rationem ductam esse.

---

683 Tabula lapidis calcarii ab angulo sinistro inferiore fracta a. 0,60, l. 1,05, cr. 0,27; latus dextrum habet anathyrosin. Inventa 'εἰς θέσιν Ἅγ. Γεώργιος εἰς Συκιοῦλα' postea discussa est et fragmenta in eandem domum vici *Malandrino* transportata sunt atque nr. 679. Litterarum formae ΑΞΘΜΟΠΣ et ΣΩ, neglegenter incisae. Edd. Εὐθ. Μαστροκώστας, Ἐφ. 1955 (1957), 65 ss. nr. 8 cum imag. phot.; melioribus imagg. phot. collatis (Kla.) SEG XVI 361. *Phot.* denuo contuli.

s. II² a. ἀγωνοθετέ[ον]τος τῶν Λοκρῶν Εὐθυδά[μο]υ τοῦ Εὐξιτέλεος Τρειτέος, μηνὸς πέντου(!) ἀπέδοτο Ὠφελίων Ὠφελίωνος Φυσκεὺς τᾶι Ἀθάναι τᾶι Ἰλιάδι σῶμα ἀνδρεῖον, οἷ ὄνομα Φιλέταιρος, τὸ γένος οἰκογενές, ἐπ' ἐλευθερίαι τ̣ειμᾶς ἀργυρίου ΜΜΜΜ. βεβαιωτὴρ κατὰ τὸν νόμον Ἀρμενισᾶς Κριτολάου Φυσκεύς. παραμενέτω δὲ Φιλέταιρος παρὰ Ὠφελίωνα ποιῶν τὸ ἐπιτασσόμενον(!), ἕως κα ζῇ Ὠφελίων· εἰ δέ κα μὴ παραμένῃ ἢ μὴ ποιῇ τὸ ἐπιτασσόμενον(!) ἢ ἄλλο τι ἀδικῇ Ὠφελίωνα̣, ἐξουσίαν ἐχέτω Ὠφελίων ἐπιτειμέων Φιλέταιρον, καθ' ὃν κα θέλῃ τρόπον, καὶ ἄλλο⟨ς⟩, ὅν κα κελεύῃ Ὠφελίων· ἐπεὶ δέ κα τελευτάσῃ Ὠφελίων, ἱερὸς καὶ ἀνέφ⟨α⟩π⟨τ⟩ος καὶ ἐλεύθερος ἔστω Φιλέταιρος. τὰν ὠνὰν φυλάσσοντι οἱ ἄρχοντες Ξενέας Κλεάνδρου, Λάμιος Ἀρχύλου. μάρτυροι Πασέας Λυσιμ⟨ά⟩χου, Ξενότιμος Ἄν̣δρωνος, Ἀρίστων Λύκωνος, Ἀρίστων Νικοβούλου, Τιμόμαχος Νικάνδρου, Τηλέμαχος Εὐσόφου.

χειρόγραφον Ἀρμενισᾶ τοῦ Κριτολάου Φυσκέος· γέγονα βεβαιωτὴρ κατασταθεὶς ὑπὸ Ὠφελίωνος τᾶι Ἀθάναι τᾶι Ἰλιάδι σώματος τοῦ ἐν τᾶι ὠνᾷ. γεγόναμεν μάρτυροι οἱ ἐν τᾶι ὠνᾶι.

10 ΑΛΛΟΝ || 11 ΑΝΕΦΠΟΣ || 13 ΜΔΧ || 16 non Ἀρμενίδα (Kla.) sed cum Mast. Ἀρμενισᾶ legendum neque igitur haec nominis forma v. 5 mutanda.

V. 1 Εὐθύδαμος Εὐξιτέλεος Τριτεύς· eius pater Εὐξιτέλης Τριτεύς, custos et μάρτυς manumissionis Delphis ἄ. Ἀρχία = 153/2—144/3 (Daux, *Chron. delph.* L 46), *GDI* 2028 (Mast.). Unde et ex eis, quae ad vs. 5 et 14 adnotavimus, agonothesia Euthydami alteri parti saec. II a. Chr. tribuenda est ('μεταξὺ 150 καὶ 130 π. Χ.', Mast.). Eadem agonothesia fortasse nr. 684_1 exstat.

5 Ἀρμενισᾶς Κριτολάου Φυσκεύς· frater ut videtur est Ἀριστόφυλος Κριτολάου Φυσκεύς, manumissor Delphis ἄ. Ἀρχία = 153/2—144/3 (cf. ad v. 1), *GDI* 2019 (Mast.); filia Timagora fortasse nr. 669_2 exstat; cf. etiam ad nr. 674_7. Forma nominis Ἀρμενισᾶς (vel Ἀρμενίσας?) aliunde ignotum videtur. 13 Ξενότιμος Ἄνδρωνος· una cum patre μάρτυς manumissionis Physcensibus nr. 688 (Mast.). 14 Ἀρίστων Λύκωνος· idem manumissor Physcensibus nr. 682; eius pater probabiliter agonotheta Λύκων Διοίτα Φυσκεύς (a. 166/5), cf. ad nr. 709_1 et Lerat II 193 s. v. — Ἀρίστων Νικοβούλου· eius pater fortasse custos manumissionis Phaestini nr. 713_4. — Τιμόμαχος Νικάνδρου· fortasse filius archontis Physcensium nr. 680 II_2. 15 Εὔσοφος· etiam hoc nomen novum videtur.

---

684 Lapis ex duobus fragmentis inter se contiguis compositus, qui nonnisi supra et a sinistra (anathyrosis) parvam partem marginis servavit, a. max. 0,54, l. max. 0,505, cr. 0,27; exstat in vico *Malandrino* '*dans un mur du champ* Γεώργιος Σταμαθόπουλος *très près de la route, à gauche de la maison en face du khani*',

Lerat. Agnoscuntur in lapide difficillimo lectu reliquiae duarum manumissionum (I. II). Litt. alt. I 0,01 ad 0,014, II c. 0,013, interv. vers. I et II c. 0,005; I Α Μ Π Σ Ω, II Α Σ. Exscripsit et commemoravit Lerat II 129[1]. Ectypa contuli. *Ect.*

s. II[2] a. (?)

I [ἀγωνοθετέοντος τῶν Λ]ọκρ̣[ῶ]ν Εὐθυδᾴ[μου τοῦ Εὐξιτέλεος Τρειτέος(?), μηνὸς – – – ἀπέδοτο]
[– – – – –c. 16– – – – o]υ Τολ̣φωνία τᾶι [Ἀθάναι τᾶι Ἰλιάδι σῶμα ἀνδρεῖον, οἷ ὄνομα Ἀριστομέ]-
[νης, οἰκογενὲς ἐπ' ἐλευ]θερίαι τιμᾶς ἀρ̣[γυρίου μνᾶν – – –. παραμεινάτω δὲ Ἀριστομένης παρὰ]
[Ν – – – – – – – – – – – – – –] Δ̣Ρ . Ο . Σ̣Α̣– –
[– – – – – – – – – – – εἰ] δ̣έ κα ἀποθ̣άνηι Ν –
[– – – – – – ἐλεύθερος] ἐ̣̄στω Ἀριστομένη̣ς –
– – – – – – – – – – – – – – – – – T .1-2. NET –
– – TO – – – – – – – – – – – – – Δωρίμαχο̣ς –
– – – τη̣ς, Ἀν[δρομέ?]ν̣ης, Ἀνδροσθενίδα[ς̣ –]

intervallum 0,02

II ἀγωνοθετέοντος τ̣ῶν Λοκρῶν Α –
– – – – – – – – – – – – – – ἅτου –
– – – – – – ατ̣α Φυσκεὺ̣[ς τ]ᾶι̣ [Ἀθάναι τᾶι Ἰλιάδι σῶμα –]

reliqua plane incerta; nihil nisi hic illic singulae tantum litterae perspiciuntur.

Suppl. e. gr. Kla. praeeunte nonnullis locis iam Lerato || 1 de supplemento agonothetae vide infra || 9 in. Lerat videtur Καλλικράτης legisse; de lectione nominis, quod sequitur, dubitat, sed ΕΝΗΣ pro certo dat.

V. 1 Innotuerunt duo agonothetae Locrorum nomine Εὐθύδαμος, alter Physcensis c. 162/1 (cf. ad nr. 676_6), alter Euxitelis filius Tritensis altera parte saec. II a. Chr. (cf. ad nr. 683_1). Litteratura quidem utrique convenire videtur atque Lerat caute quaestionem integram reliquit. Tamen restitutionem primorum tituli versuum, qualem supra proponere ausus sum, Tritensi potius favere putaverim, sed cf. etiam, quae ad v. 9 adnotavi. 9 Ἀνδροσθενίδας· siquidem Tolphonia quaedam manumittit, probabiliter testes huius versus et ipsi Tolphonii sunt. Atque revera nomen Ἀνδροσθενίδας Tolphone invenitur; nam Ἀνδροσθενίδας Κρινία Τολφώνιος a. 175/4 proxenia Delphica, quam iam avus acceperat, honoratur (Daux, *Delphes* 436/7). Haud dubie idem est, qui recensetur in catalogo theorodocorum Delphico *BCH* 1921, 23 IV_{70} (de tempore cf. Lerat I 118[4]) et a. 191/0 fundo suo Delphico privatus est (*BCH* 1932, 3_{14}). Itaque conieceris in titulo supra posito de filio quodam huius Androsthenidae cogitandum esse (alius filius Ἀρχίδαμος una cum patre theorodocus Delphorum *BCH* 1921, 23 IV_{71}), nisi supplementum agonothetae Physcensis praetuleris.

II. EX FANO ΤΑΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ.

De hac dea cf. Lerat II 158 ss. Cuius templum subter ecclesiam S. Nicolai i. e. in antiqua arce Physcensium fuisse conicit idem I 131 s. II 160.

685 Fragmentum lapidis calcarii leucophaei undique mutilum a. max. 0,18, l. max. 0,33, insertum (inversa positura) saepto ecclesiae S. Nicolai in vico *Malandrino ('partie à l'angle le plus voisin de la porte')*. Litt. alt. 0,012 (o minus), interv. vers. 0,008; Α Μ Π Σ, bonae formae. Ed. Lerat I 129 ss. nr. 3 cum imag. phot. tab. XXXII 3 (SEG XII 284). Ectypum contuli. *Ect.*

med. s. II a.

[ἀγωνοθετέοντ]ος [τῶν Λοκρῶν τοῦ δεῖνος *ethnicum*],
[μηνὸς . . .c. 7. . .] ἀνέθηκε [Λεωγένης τοῦ δεῖνος *ethnicum*]
[τὰς ἰδίας δούλα]ς Νικοστράταν, Πτολε[μαΐδα ἐπ' ἐλευ]-
[θερίαι τᾶι Βασ]ιλείαι· ὑπηρετείντω δὲ [τὰ δυνατὰ Νι]-
[κοστράτα, Πτολ]ẹμαῒς Λεωγένει, ἄχρι οὗ [κα ζῆι Λεωγέ]-
[νης· ὑπαρχόντων] δὲ τὸν ἐπίλοιπον χρόνον [ἐλεύθεραι]
[καὶ ἱεραὶ τᾶς Βασ]ιλείας. μάρτυροι Μέλαν[θος, . .5—6. .]
[– – – –c. 16– – – –, Πολ]έμαρχος, Παν – – – – – – – – – – – – –

vacat

Suppl. Lerat || 3 in. Kla., intactum reliquit Lerat, qui v. 3/4 τὰς ἰδίας θρεπτάς suppl. pro ἐπ' ἐλευθερίαι, quod primo ipse praetulerat et Kla. restituit || 4 med. et 7 med. nomen Βασιλείας agnovit Kla. || 6 in. idem, ἔστωσαν Lerat || 8 fin. Παν[φαίδας?] Lerat.

V. 1 Agonothetam Locrorum supplendum esse probant litteratura et prosopographia (Lerat). Titulus medii fere saeculi II a. Chr. est. 4 Ad supplementum τὰ δυνατά confert Lerat titulum *GDI* 1952_4. 6 Dictionem τὸν ἐπίλοιπον χρόνον hoc quidem loco insolitam neque autem absurdam esse iure adnotat Lerat. 7 Μέλανθος· probabiliter idem atque Μέλανθος (Φυσκεύς), μάρτυς manumissionis Delphis a. 164/3? (Lerat II 132[8]), *GDI* 1842 (Lerat). 8 Πολέμαρχος· videtur aut Πολέμαρχος Φιλίνου Φυσκεύς (cf. ad nr. 688_7) aut Πολέμαρχος Ἀρχεδάμου Φυσκεύς (cf. ad nr. 677_{28}) esse. Priorem praefert Lerat, qui una cum Melantho in titulo *GDI* 1842 commemoratur (vide supra ad v. 7). — Παν[φαίδας], quem Lerat supplendum proponit, et ipse in titulo *GDI* 1842 exstat. Sed etiam alia nomina Physcensium velut Πανκρατίδας, Πανταίνετος, Πανταλέων in censum venire confitetur Lerat.

III. INCERTAE ORIGINIS.

686 '*Malandrino. Dans la rue qui monte à la fontaine publique. Pierre dégagée par nous*, [i. e. P. Jamot et G. Deschamps], *et que nous avons faite déposer à l'École. Brisée de tous les côtés*', P. Jamot. Lapis hodie deperditus est. Litterae ΑΠΣ (Jamot).

apographum Iamoti

Α ΚΟΝ
ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΑΣ
ΣΑΥΤΑΣΚΛΕΟΝΑΝ
ΜΑΞΕΝΙΣΚΑΤΙΝΑ
ΕΙΔΕΜΗΠΑΡΑΜΕΝΕ
ΑΚΡΑΤΕΝΙΤΑΣ
ΑΛΗΣΕΥΝΑ
ΟΝ

s. II a. – – – – – – – – – – – – – – – – – – Α . .^c. 5^. . ΚΟΝ –
[– – – – – – – – – – – –ἀπέδοτο] Ἀριστοβούλα Σ[– – – – – – – – – – Φυσκὶς τᾶι Ἀθάναι τᾶι Ἰλιάδι(?)]
[συνευδοκέοντος καὶ τοῦ ἀνδρὸ]ς αὐτᾶς Κλεο⟨μ⟩άν[τιος καὶ τοῦ υἱοῦ – – – – – – – σῶμα γυναικεῖον οἰ]-
[κογενὲς ἐπ' ἐλευθερίαι, ἇι ὄνο]μα Ξενίσκα, τι⟨μ⟩ᾶ[ς ἀργυρίου – – – –. παραμενέτω δὲ Ξενίσκα παρὰ]
[Ἀριστοβούλαν, ἄχρι οὗ κα ζῆι]· εἰ δὲ μὴ παραμένε[ι –]
– – – – – – – – – – – – – – – – – – –ΑΚΡΑΤΕΝΙΤΑΣ –
– –άλης Εὐνα –
– –ΟΝ –

'Les indications données par la prosopographie permettent de dater ce texte [a] du troisième quart du II^e siècle', Lerat.

714 Anno 1884 A. Nikitsky in vico *Kisseli* duos titulos vidit, de quibus *Žurn. Min. Nar. Prosv.* 1911, *Janvar* 33/4 narrat haec (in linguam Germanicam conversa): *'Die Inschrift befand sich auf dem Hof bei einem Priester aus Kisseli. Das war, wie mir schien, eine Manumission, ohne obere Zeile, eine sehr späte, vielleicht aus der Kaiserzeit (übrigens nach oben offenes ω usw.). Sie war schlecht erhalten – – das Kopieren oder Lesen hätte viel Zeit erfordert, ich wollte aber abends wieder in Galaxidi sein* [propter nimiam pecuniam postulatam ectypum non fecit]. *Auf demselben Hof sah ich damals eine (rechts?) abgebrochene Inschrift bestehend aus zwei Zeilen:*

ΟΡΘΟΜ
ΑΡΧΟΝ

Große Schrift, aber augenscheinlich aus einer guten Zeit, vielleicht IV. Jahrh.(?). In der christlichen Zeit wurde in den Stein ein Kreuz gemeißelt'.

De utroque titulo nihil umquam innotuit.

XI. TOLPHON

Nomen: Τολοφών, Τολφών.

Situs: *Vidavi.*

Cf. Lerat I 50 s. 138 ss.

715 MANUMISSIO. Fragmentum lapidis calcarii cani a dextra integrum a. 0,20, l. 0,43, cr. 0,24; inventum prope vicum *Vidavi* loco Μάρμαρα in ruinis ecclesiolae S. Nicolai nunc in vico ipso liminis vice fungitur portae saepti domus Ἰωάννη Χούζου. Litt. alt. 0,01, interv. vers. 0,005; Α Μ Ν Π Σ, superficies pedibus valde detrita. Commemoravit L. Lerat, *BCH* 71/2, 1947/8, 455; ed. idem I 143 s. cum imag. phot. tab. XXXIX 1. 2 (SEG XII 272). Ectypum contuli. *Ect. Phot.*

c. med. s. II a.

[θεὸς τύχαν ἀγαθάν. ἀγωνοθετέοντος τῶν] Λοκρῶν Ἀρίστωνος [τοῦ – – – – c. 17 – – – – *ethni-*]
[*cum* – – – – c. 22 – *mensis* – – –, ἐν δὲ Τολφ]ῶνι [ἄρ]χ̣οντος Ἀριστείδα τ[οῦ .]Λ – – – c. 12 – – –
[– – – *mensis* – – – – c. 28 – – – *dies* – – –, ἐ]ν̣ ἐννόμωι ἐκκλησίαι τᾶς πόλιος ἀπ[έδοτο . . c. 6 . .]ο-
[. . c. 6 . . Τολφώνιος σῶμα ἀνδρεῖον, ὧι ὄ]νομα Ἀγάθων, τᾶι Βασιλείαι τᾶι ἐν Τ[ολ]φῶνι ἐπ' ἐ-
[λευθερίαι – – – – – – – c. 18 – – – – – – – –, συν]ευδοκέοντος καὶ τοῦ πα[τ]ρὸς αὐτοῦ Ἀριστίωνος, τι-
[μᾶς ἀργυρίου μνᾶν . c. 3 . · βεβαιωτὴρ κὰτ τὸ]ν̣ νόμον Οἰνοτίων Ἁγήμονος Τολφώνιος· ἃ ὠνὰ παρὰ
– – – – – – – – – – – – c. 32 *ethnicum* – –, – – – – Φιλοδάμου Τολφώνιον· μάρτυροι· Νικέας Ἁγη-
– – – – – – – – – – – c. 30 – – – – – – – – – – – – ου, Μενεκ̣λῆς, Ἀριστείδας Νικέα, Ἀριστείδ⟨α⟩ς Ξ̣ε̣νέα,
[– – – – – – – – – – c. 30 – – – – – – – – – – – Ἁ]γέλοχος, Στρατόλαος, Ξένυλλος, Φαινέας Σίμου
[– – – – Τολφώνιοι]. *vac.*

Legit et pleraque supplevit Lerat, sed v. 1 in. restituit nihil nisi ἐπὶ ἀγωνοθετέοντος, quia dei fortunaeque invocatio velut θεὸς τύχαν ἀγαθάν in Locrorum manumissionibus adhuc non reperitur. Equidem autem hanc invocationem utique supplendam esse puto aut spatia eis supplementis, quae mihi quidem necessaria videntur, non sufficiunt, qua de re aliter iudicat Lerat || 4 nomen deae agnovit Kla. || 5 in. hic quamquam insolito loco natio servi commemorata erat, ut probabiliter putat Lerat || 8 fin. ΑΡΙΣΤΕΙΔΣ.

V. 1 Ἀρίστων· agonotheta ceteroquin ignotus. Cuius de tempore, sc. post a. 167, suspicatur Lerat l. c. 144 *'une date plus voisine de 167 que de 145'*, cf. adnotationes sequentes. Sed quod addit: *'je l'identifierais volontiers avec le Physkéen Ariston Dioita, bien connu dans les premières années de l'indépendance locrienne et sans doute le frère de l'agonothète Lykon de 166/5'*, spatio, quod v. 1 fin./2 in. mea quidem sententia vacare videtur, redarguitur. 2 Ἀριστείδας· patronymici vestigia docere videntur archontem alium fuisse atque homonymos duos testes v. 8, sed unus ex his tribus viris fortasse is fuit, qui a. 190 domo sua Delphica privatus est (*BCH* 56, 1932, 4_{65}), Lerat. 3 ἐν ἐννόμωι ἐκκλησίαι· de eiusmodi manumissionibus Locrorum cf. Lerat II 121. 4 Eandem deam habes in titulis nr. 659 et 685, ubi confer. 6 Οἰνοτίων Ἁγήμονος Τολφώνιος· de homonymo (sine patronymico) Tolphonio, qui fuit testis manumissionis Delphis ἄ. Καλλικράτεος = 190/89 (*GDI* 2004 [sic!]) cogitat Lerat. 7 Filius Φιλοδάμου Τολφώνιος probabiliter aut Κλεύμαντις Φ. Τ., manumissor Delphis ἄ. Ξενοχάρεος = 176/5 (*GDI* 1745), aut Ἀνδρόνικος Φ. Τ., compluries nominatus in manumissione Delphica annorum 153/2—144/3 (*GDI* 1954), fuit, Lerat. — Νικέας Ἁγη – – · fortasse pater Ἀριστείδα τοῦ Νικέα v. 8, Lerat. 8 Μενεκλῆς· nimirum idem atque Μενεκλῆς Δάμωνος Τολφώνιος, testis manumissionis Delphis a. 153/2—144/3 (*GDI* 1954), Lerat. — Ἀριστείδας Νικέα· eius filius videtur esse Νικέας Ἀριστείδα Τολφώνιος, προαποδότης et μάρτυς manumissionis Delphis ἄ. Ἀρχία = 153/2—144/3 (*GDI* 2028, cf. Daux, *Chron. delph.* L 46), Lerat. 9 Στρατόλαος· eius filius Ἁγησίδαμος Στρατολάου Τολφώνιος, βεβαιωτήρ et μάρτυς manumissionis Delphis a. 153/2—144/3 (*GDI* 1954), Lerat. — Ξένυλλος· idem testis manumissionis Delphis ἄ. Κλευδάμου τοῦ Μαντία = 169/8 (*GDI* 1888), Lerat. — Ne mireris magnum testium numerum. Sunt ei, qui concilio affuerunt (Lerat).

XII. TRITEA

Nomen: Τριτέα, Τριτεία.

Situs: *Pendeoria*.

Cf. Lerat I 51 s. 145 ss. 211.

716 DEDICATIO. Duo fragmenta *(a. b)* baseos lapidis calcarii leucophaei inter se contigua, *a* a. 0,33—0,36, l. 0,53; a sinistra et supra margo, *b* a. 0,42, l. c. 0,46; nonnisi supra margo. Inventa prope vicum *Pendeoria* in fundo, qui c. 300 m regione inter occasum et meridiem spectanti abest et quem Ilias Kokkoris possidet, inserta sunt diversis locis muri, qui hunc fundum a vineto, cuius dominus est Yannis Mardakis, dividit. Titulus 0,09 a margine superiore et 0,15 a margine sinistro inscriptus est. Litt. alt. 0,03—0,04, interv. vers. 0,025; Α Μ Ν Π Σ. Edd. L. Lerat et F. Chamoux, *BCH* 71/2, 1947/8, 66; Lerat I 149 nr. 2 cum imag. phot. tab. XLIII 5 (SEG XII 271). Non vidi. *Phot.*

a *b*

s. III² a. Πασίας, Δάμαρον
Ἀρτέμιτ[ι] Ταυροπόλω[ι].

V. 1 Δάμαρον suo iure L. Robert (apud editores) nomen muliebre velut Μύλλαρον, Μάμμαρον coll. Bechtel, *Attische Frauennamen* 49. 66 interpretatus est, cf. etiam Μνάσαρον nr. 662_3. — 2 De dea vide quae Lerat II 161 ss. disputavit.

Exstant eodem loco etiam alii lapides antiqui, qui summa cum probabilitate ad monumentum a Pasia eiusque uxore deae dedicatum referendi sunt. Patet igitur hic fanum Dianae Tauropoli fuisse (Lerat).

Titulus mihi quidem posteriori parti saec. III a. Chr. tribuendus videtur, cum editores etiam de ineunti saec. II cogitent.

XIII. CHALIUM

Nomen: Χάλαιον (Chalaeon), Χαλειόν (inscriptiones),

Χαλεός (Χαλεώς), Χαλεόν.

Situs: *Galaxidi*.

Cf. Lerat I 23 ss. 152 ss. 198 ss.

717 PACTUM INTER CHALIENSES ET OEANTHENSES. Tabula aënea, quae in sinistro latere ansam in circuli formam redactam habet, qua suspensa erat, a. 0,083, l. (sine ansa) 0,285, cr. c. 0,008, inventa a. 1848 in aedificio antiquo prope ecclesiolam S. Blasii sitam proxime oppidum *Galaxidi* (Lerat I 151. 202), delata Corcyram in collectionem Woodhousii, a. 1896 in Museum Britannicum (*Cat. of Bronzes* 263). Tabula utrimque inscripta est *(A. B)*, atque ita quidem, ut duae manus distinguantur, quarum altera partem anticam *(A)* usque ad primas quinque litteras v. 8, altera reliquum v. 8 et totam partem posticam *(B)* exaravit. Litt. alt. c. 0,007 (θ et ο minores); de formis litterarum vide phot. tab. IV 5. 6. Edd. I. N. Οἰκονομίδης, Λοκρικῆς ἀνεκδότου ἐπιγραφῆς διαφώτισις, ἐν Κερκύρᾳ 1850 cum delineatione (L. Ross, *Alte lokrische Inschrift von Chaleion oder Oeantheia mit den Bemerkungen von I. N. Oekonomides, Leipzig* 1854 cum delin.; A. R. Rangabé, *Ant. hell.* II 1855 nr. 356*b* cum delin.; A. Kirchhoff, Philol. 13, 1858, 1 ss.); ex ectypo H. Roehl, IGA 322 cum delin. (1882), cf. etiam Imagines[3] 93, 2 (F. Bechtel, *GDI* 1479 [1885]; E. S. Roberts, *An Introduction to Greek Epigraphy* I 1887, 238 [nr. 232]. 354 ss. cum delin.; R. Dareste, *Rev. ét. gr.* 2, 1889, 318 ss.; Ed. Meyer, *Forschungen zur Alten Geschichte* I 1892, 307 ss.; R. Meister, *SB Sächs. Ges. d. Wiss.* 48, 1896, 19 ss.; L. Ott, *Beiträge zur Kenntnis d. griech. Eides*, diss. *Zürich* [*Leipzig* 1896], 103 ss.; Dttb., IG IX 1, 333 cum delin. [1897]; Michel 3 [1900]); H. B. Walters, *B. M. Cat. of the Bronzes* 1899, 263 (E. L. Hicks–G. F. Hill, *A Manual of Greek Historical Inscriptions* 1901 nr. 44); F. H. Marshall, *BMI* IV 2 (1916) nr. 953 cum imag. phot. (Schwyzer 363 [1923]; Solmsen-Fraenkel 45 [1930]; M. N. Tod, *Gr. Hist. Inscr.* 34 [1933]; C. D. Buck, *The Greek Dialects* 1955, nr. 58); L. H. Jeffery, *The Local Scripts of Archaic Greece* 1961, 403 cum phot. tab. 15, 4, cf. 106. 108, 4; H. Bengtson, *Die Staatsverträge des Altertums* II 1962 nr. 146 (solum *A*). Cf. A. Kirchhoff, *Stud. Gesch. griech. Alphab.*[4] 1887, 144 ss.; J. Wackernagel, *Rh. Mus.* 48, 1893, 301 ss.; H. F. Hitzig, *Altgriech. Staatsverträge* (*Festgabe für F. Regelsberger, Zürich* 1907) 13 nr. 15. 39. 45. 47 s. 59 s. 68 ss.; R. M. E. Meister, *Rh. Mus.* 63, 1908, 561 ss.; W. Bannier, ibid. 70, 1915, 400 ss.; I. A. Heikel, *Griech. Inschriften sprachlich erklärt, Helsingfors* 1924 nr. 53; H. A. Ormerod, *Piracy in the Ancient World* 1924, 76 s.; R. G. Kent, *The Textual Criticism of Inscriptions. Language Monographs published by the Linguistic Society of America, Nr. 2* (*Philadelphia* 1926), 20 s.; E. Schlesinger, *Die griech. Asylie* 1933, 61 ss.; Lerat II (1952) 31 ss. 120. Phot. contuli. *Phot.*

A

s. V[1] a. ⁝ τὸν ξένον μὲ *h*άγεν ⁝ ἐ(τ) τᾶς Χαλεΐδος ⁝ τὸν Οἰανθέα μ-
εδὲ τὸν Χαλειέα ⁝ ἐ(τ) τᾶς Οἰανθίδος ⁝ μεδὲ χρέματα αἴ τι(ς) συ-
λõι ⁝ τὸν δὲ συλõντα ἀνάτο(ς) συλε͂ν. τὰ ξενικὰ ἐ(θ) θαλάσας *h*άγεν ⁝
ἄσυλον ⁝ πλὰν ἐ(λ) λιμένος ⁝ τõ κατὰ πόλιν ⁝ αἴ κ' ἀδίκο(ς) συλõι ⁝ τέ-
τορες δραχμαί ⁝ αἰ δὲ πλέον δέκ' ἀμαρᾶν ἔχοι τὸ σῦλον, *h*ε-
μιόλιον ὀφλέτο ⟨*h*⟩ότι συλάσαι ⁝ αἰ μεταϝοικέοι πλέον μενὸς ε͂
ὁ Χαλειεὺς ἐν Οἰανθέαι ε͂ 'Οιανθεὺς ἐν Χαλειõι, τᾶι ἐπιδαμίαι δίκαι χ-
ρέστο ⁝ τὸν πρόξενον : αἰ ψευδέα προξενέοι : διπλ-
είοι θοιέστο.

B

αἴ κ' ἀνδιχάζοντι ⁝ τοὶ ξενοδίκαι : ἐπομότας ⁝ *h*ελέσ-
το ⁝ ὁ ξένος : ὀπάγον : τὰν δίκαν : ἐχθὸς προξένο
καὶ ϝιδίο ξένο : ἀριστίνδαν : ἐπὶ μὲν ταῖς μναια-

ἴαις : καὶ πλέον : πέντε καὶ δέκ' ἄνδρας : ἐπὶ ταῖς μειόνοις : ἐννέ' ἄνδρας : αἴ κ' ὁ Ϝαστὸς ποὶ τὸν Ϝ-αστὸν δικάζεται κὰ(τ) τᾶς συνβολᾶς : δαμιοργὸς *h*ελέσται : τὸς *h*ορκομότας ἀριστίνδαν τὰν πε-ντορκίαν ὀμόσαντας : τὸς *h*ορκομότας τὸν αὔτὸ-ν *h*όρκον ὀμνύεν : πλεθὺν δὲ νικε͂ν.

2 fin. τι(ς) Kirchhoff || 3 med. ἀνάτο(ς) συλε͂ν i. e. ἀνάτως (impune) συλῆν Roehl, ἀνὰ τὸ συλε͂ν Oikonomidem secuti pauci || 4 fin. ἀδίκο(ς) συλο͂ι Kirchhoff, ἀδικοσυλο͂ι priores || 6 med. ϜΟΤΙ tabula, corr. Schwyzer, cf. Wilamowitz, *Kl. Schr.* V 1, 473[1] || 7 med. 'Οιανθεύς = 'Ωιανθεύς = ὁ Οἰανθεύς || 9 i. e. θῳήστω (= θῳάσθω) Dttb., Index schol. Hal. hiem. 1885/6 p. XII; ceterum cf. Roberts l. c. p. 356 || 11 med. ὀπάγον = ὠπάγων = ὁ ἐπάγων || 11 fin. ἐχθός = ἐκτός || 15 med. κὰ(τ) τᾶς συνβολᾶς (non τὰς συνβολάς) suo iure R. Meister coll. nr. 718_1 κὰ(τ) το͂νδε.

Interpretatio huius tabulae in maxima sane controversia est et multum, permultum de ea scriptum est. Quae scripta non omnia supra attuli sed ea tantum, quae haud neglegenda esse videntur. Ne id quidem inter viros doctos constat, utrum tota tabula unum documentum sit an a v. 8, ubi etiam altera manus apparet, novum instrumentum incipiat, atque utrum tabula integra sit an ab initio manca, i. e. alia tabula vel aliae tabulae antecesserint. Quod vero tot tam diversae sententiae hoc quidem loco omnes referri nequeunt neque id mihi quidem in rem esse videtur, satis habeo textu in linguam Latinam converso (multifariam verbis Roehlii et Dittenbergeri usurpatis) eam tabulae interpretationem proposuisse, quam diligenter omnibus virorum doctorum sententiis compluries examinatis verisimillimam existimo, et commentario nonnullos tantum locos explicasse.

Ne liceat peregrinum Oeanthensem ex agro Chaliensium abducere neve (peregrinum) Chaliensem ex agro Oeanthensium neve eius bona, si quis pignus vi captum eat. Si vero quis (a tali peregrino) pignus vi capit, liceat impune pignus vi capere ab illo. Bona peregrini e mari abducere liceat securum ab ulla fraude, praeterquam e portu (utriusque) oppidi. Si quis iniuria pignus vi capiat, quattuor drachmae (ei pendendae sunt et bona capta ilico restituenda), sin autem plus decem dies retinuerit pignus vi captum, dimidio plus debeto quam quod pignus vi ceperit. Si habitaverit plus mensem aut Chaliensis Oeantheae aut Oeanthensis Chalii, domestico iure utitor. Proxenus si fallaciter munus gesserit, duplici multa multator. Si inter se dissentiant peregrinorum iudices, iuratores additicios eligito peregrinus litem instituens praeter proxenum et privatum hospitem optimos quosque, in litibus, quae minae et pluris aestimantur, quindecim viros, in minoribus novem viros. Si civis civi litem intenderit ex hac pactione, damiurgi eligant iuratores optimos quosque quinquiplex iusiurandum iurati. Iuratores idem iusiurandum iurent. Maior autem pars (suffragiorum) vincat.

Apparet me eam sententiam sequi, quam iam primus editor Oikonomidis dixit, tota tabula de uno eodemque documento agi, i. e. de pacto inter Chalienses et Oeanthenses facto atque ita quidem, ut nonnisi eius finis in tabula servatus sit. Quod autem ad magnam quaestionem attinet, quam vs. 1/2 praebent, primo editori, qui putat hic de omnibus (cuiuscumque oppidi) peregrinis dici, non assentior sed mihi persuasi solos cives utriusque oppidi (Chalii et Oeantheae), qui in altero oppido pro peregrinis habebantur, intellegendos esse, id quod Rangabé primus vidit. Quae si ita sunt, respondet hoc pactum aliis eiusdem generis, cf. foedus Lyttiorum et Mallaeorum, I. Cret. I 231 nr. $1_{8\,ss.}$ μὴ ἐξέστω δὲ συλὲν [μήτε] τὸν Λύττιον ἐν τᾶι τῶν Μαλλαίων μήτε τ[ὸν Μαλ]λαῖον ἐν τᾶι τῶν Λυττίων, ubi suo iure M. Guarducci adnotat: 'Λύττιον, Μαλλαῖον: obiecta verbi συλέν', et pactum Gortyniorum et Rhizeniorum, I. Cret. IV 183 nr. $80_{8\,s.}$ (Bengtson, *Staatsverträge* II nr. 216) ἐνεκυραστὰν δὲ μὲ παρέρπεν Γορτύνιον ἐς τὸ͂ 'Ριττενίο. Referenda igitur sunt vocabula τὸν Οἰανθέα et τὸν Χαλειέα ut attributa ad vocabulum τὸν ξένον, quod ipsum ad infinitivum ἄγειν obiecti vicibus fungitur. — V. 2 De notione verbi συλᾶν cf. A. Wilhelm, *Öst. Jahresh.* 14, 1911, 197 ss. 4 τὸ͂ κατὰ πόλιν· cf. Lerat I 152[2]. — Ad αἴ κα cum optativo cf. F. Solmsen, *Rh. Mus.* 63, 1908, 333 s. 7 ἐπιδαμία δίκα· Ϝαστία δίκα apud Gortynios, cf. I. Cret. IV nr. 13*g–i* 2 et nr. 64_4. 8 Probabiliter ea, quae inde ab hoc versu altera manu exarata sunt, paragraphi additiciae sunt. — Suo iure Dttb. ad vocabulum πρόξενος haec adnotat: 'Neque vero certum existimo, hic proxenum a peregrina civitate honoris causa electum, non ab ipsis Oeanthensibus [aut Chaliensibus] magistratus honore praeditum intellegi'. Revera hunc magistratum, de quo videas Busolt, *Griech. Staatskunde* I 229 cum nota 1, hic agnoscendum esse mihi quidem certum videtur. Nam solus magistratus talis a civibus suis poena affici poterat. Etiam vocabula πρόξενος et ἴδιος ξένος inter se opposita hanc

interpretationem probare putaverim. 10 ἐπομότας iam primus editor recte iuratores additicios interpretatus est. Quem ad morem, quo viro iniuriam passo iudices, quos ipse volebat, in peregrino oppido sibi eligere licebat, cf. vs. 9 ss. foederis Gortyniorum et Latiorum, I. Cret. I 108 nr. 1: αἰ δέ τις ἀδικε̃σθα[ι φωνίοι, δικαστὰ]νς ἑλέσθω ὁ ἀδικιόμεν[ος -- ὅν]ς κα λῆι αὐτός, ὁ μὲν Γορτύ[νιος Λατοῖ, ὁ δὲ Λάτι]ος Γ[ό]ρτυν[ι]. 14/5 'Haec cum antea omnes de lite inter civem Oeanthensem et Chaliensem intellexissent, Meyerus [praeeunte iam v. d. Dareste] rectissime observavit, verba ὁ Ϝασστὸς ποὶ τὸν Ϝαστὸν nullo modo ad duarum civitatium cives spectare posse, sed si civis civem in ius vocare diceretur, necessario eiusdem civitatis civem utrumque intellegi', Dttb. suo iure. Neque tamen viro doctissimo assentior probanti eam huius paragraphi explicationem, quam Meyer dedit, i. e. 'commodius visum esse civibus, illo expeditiore et cultoriore iudiciorum ordine uti, qui inter cives et peregrinos pactione (συμβολᾶ̣) constitutus esset; neque fuisse, cur cives eo uti prohiberentur'. Potius rectam eam interpretationem puto, quam R. Dareste et R. Meister praebuerunt, sc. id respici, si civis ex hac pactione litem intendit civi, i. e. civi hanc pactionem violanti ('*Le traité donne sans doute une action non seulement à la partie saisie, mais encore à toute personne*, ἄλλῳ τῷ θέλοντι', Dareste). 15 De damiurgis cf. ad nr. 720. 18 'Hoc non ad eos modo, qui proxima paragrapho (vs. 16) ὀρκωμόται dicuntur, sed etiam ad -- ἐπωμότας (vs. 10) referri merito monet Meyer', Dttb.

De tabulae aetate eorum sententiam comprobaverim, qui de parte priore saec. V a. Chr. cogitant; fortasse recte L. H. Jeffery annos 475—450 commendat. Id sane constat tabulam posteriorem esse tabula nr. 718.

---

718 OPUNTIORUM LEX DE COLONIS NAUPACTUM MITTENDIS. Tabula aënea utrimque inscripta *(A. B)* a. c. 0,18, l. c. 0,33, cr. c. 0,006, inventa una cum tabula nr. 717 atque eadem via in Museum Britannicum (*Cat. of Bronzes* 262) delata. Litt. alt. c. 0,006; de formis litterarum vide phot. tab. III 3. 4. Edd. I. N. Οἰκονομίδης, 'Εποίκια Λοκρῶν γράμματα τὸ πρῶτον ἐκδοθέντα καὶ διαλευκανθέντα, ἐν 'Αθήναις 1869 cum delineatione (G. Curtius, *Studien zur griech. und lat. Grammatik* II 1869, 441 ss.; W. Vischer, *Rh. Mus.* 26, 1871, 39 ss. cum delin. [= *Kl. Schr.* II 1878, 172 ss. cum delin.], quam disputationem in linguam Graecam convertit Δ. Χασιώτης, Πανδώρα 21, 1871, 525 ss. et 22, 1872, 3 ss. 55 ss. 104 ss.); ex ectypo H. Roehl, IGA 321 cum delin. (1882), cf. etiam Imagines[3] 92, 1 (F. Bechtel, *GDI* 1478 [1885]; E. S. Roberts, *An Introduction to Greek Epigraphy* I 1887, 234 ss. [nr. 231]. 346 ss. cum delin.; Ed. Meyer, *Forschungen zur Alten Geschichte* I 1892, 291 ss.; R. Meister, *SB Sächs. Ges. d. Wiss.* 47, 1895, 272 ss.; *Inscr. jur.* I 1895 *fasc.* 2, 180 ss. nr. XI; Dttb., IG IX 1, 334 cum delin. [1897]; Michel 285 [1900]); H. B. Walters, *B. M. Cat. of the Bronzes* 1899, 262 (E. L. Hicks–G. F. Hill, *A Manual of Greek Historical Inscriptions* 1901 nr. 25; Syll.[3] 47 [1915]); F. H. Marshall, *BMI* IV 2 (1916) nr. 954 cum imag. phot. (Schwyzer 362 [1923]; Solmsen–Fraenkel 44 [1930]; M. N. Tod, *Gr. Hist. Inscr.* 24 [1933]; C. D. Buck, *The Greek Dialects* 1955 nr. 57). Cf. C. Bursian, *Literarisches Centralblatt für Deutschland* 1870, 154 s.; E. Egger, *Journal des Savants* 1872, 29 ss. (cum textu tabulae in linguam Atticam converso); A. Riedenauer, *Herm.* 7, 1873, 111 s.; M. Bréal, *Rev. arch.* 32, 1876, 115 s.; E. Curtius, *Herm.* 10, 1876, 237 ss.; U. von Wilamowitz, *Zschr. f. d. Gymnasial-Wesen* 31, 1877, 637[2]; P. Girard, De Locris Opuntiis 1881, 16 s. 69 ss.; A. Kirchhoff, *Stud. Gesch. griech. Alphab.*[4] 1887, 146; O. Schultheß, *Woch. kl. Phil.* 10, 1893, 416 ss.; W. Bannier, *Berl. ph. Woch.* 18, 1898, 862 ss.; O. A. Danielsson, *Eranos* 3, 1898/9, 49 ss. (sed cf. R. Meister, *SB Sächs. Ges.* 50, 1898, 220[1]); R. Meister, l. c. 51, 1899, 156 ss.; H. F. Hitzig, *Altgriech. Staatsverträge* (*Festgabe für F. Regelsberger, Zürich* 1907) p. 14 nr. 16. 49 ss.; W. Bannier, *Rh. Mus.* 70, 1915, 403 s. et *Berl. ph. Woch.* 36, 1916, 956 s.; Br. Keil, *Indg. Forsch.* 36, 1916, 236 ss.; F. Bechtel, *Goett. Nachr.* 1918, 397 ss.; R. Mackenzie, *The Class. Quart.* 15, 1921, 187 s.; I. A. Heikel, *Griech. Inschriften sprachlich erklärt, Helsingfors* 1924 nr. 52; R. G. Kent, *The Textual Criticism of Inscriptions. Language Monographs published by the Linguistic Society of America, Nr. 2* (*Philadelphia* 1926), 17 ss.; J. G. O'Neill, *Ancient Corinth* I (1930) 250 ss.; H. Jeanmaire, *Rev. ét. gr.* 58, 1945, 66 ss. (de vocabulo ὁσία); Lerat II (1952) 29 ss. 137 s.; F. Gschnitzer, *Abhängige Orte im griech. Altertum* 1958, 56 ss.; L. H. Jeffery, *The Local Scripts of Archaic Greece* 1961, 106. 108, 3. Phot. contuli. *Phot.*

A

s. V[1] a. ἐν Ναύπακτον ⁝ κὰ(τ) τõνδε ⁝ *h*ἀπιϜοικία. ⁝ Λοϙρὸν τὸν ⁝ *H*υποκναμίδιον ⁝ ἐπ-
εί κα Ναυπάκτιος ⁝ γένεται ⁝ Ναυπάκτιον ἐόντα ⁝ *h*όπο⟨ς⟩ ξένον ⁝ ὅσια λανχάν-
ειν ⁝ καὶ θύειν ⁝ ἐξεῖμεν ⁝ ἐπιτυχόντα ⁝ αἴ κα δείλεται · ⁝ αἴ κα δείλεται ⁝ θύειν καὶ λ-

ανχάνειν ⁝ κὲ(δ) δάμο κὲ(ϙ) ϙοινάνον ⁝ αὐτὸν καὶ τὸ γένος ⁝ κατ᾽ αἰϜεί. ⁝ τέλος το-
ὑς ⁝ ἐπιϜοίϙους Λοϙρõν ⁝ τõν *H*υποκναμιδίον ⁝ μὲ φάρειν ⁝ ἐν Λοϙροῖς τοῖ-
ς *H*υποκναμιδίοις ⁝ φρίν κ᾽ αὖ τις Λοϙρὸς γένεται τõν *H*υποκναμιδίον. ⁝ αἰ
δείλετ᾽ ἀνχορεῖν, καταλείπον⁝τα ἐν τᾶι ἱστίαι παῖδα *h*εβατὰν ε̃ ᾽δελφεὸν ⁝ ἐξ-
εῖμεν ἄνευ ἐνετερίον· ⁝ αἴ κα *h*υπ᾽ ἀνάνκας ἀπελάονται ⁝ ἐ(γ) Ναυπάκτο ⁝ Λοϙ-
ροὶ τοὶ *H*υποκναμίδιοι, ⁝ ἐξεῖμεν ἀνχορεῖν, ⁝ *h*όπο Ϝέκαστος ἔν, ἄνευ ἐ-
νετερίον. ⁝ τέλος μὲ φάρειν μεδὲν ⁝ *h*ότι μὲ ⟨μ⟩ετὰ Λοϙρõν τõν Ϝεσπαρί-
ον ⁝ ∢ ⁝ ἔνορϙον τοῖς ἐπιϜοίϙοις ἐν Ναύπακτον ⁝ μὲ ᾽ποστᾶμεν ⁝ ἀ⟨π᾽ ᾽Ο⟩ποντίον
τέκναι καὶ μαχανᾶι ⁝ μεδὲ μιᾶι ⁝ Ϝεϙόντας· τὸν *h*όρϙον ἐξεῖμεν ⁝ αἴ κα δεί-
λονται ⁝ ἐπάγειν μετὰ τριάϙοντα Ϝέτεα ⁝ ἀπὸ τõ *h*όρϙο *h*εκατὸν ἄνδρας ᾽Ο-
ποντίοις ⁝ Ναυπακτίον καὶ Ναυπακτίοις ᾽Οποντίους ⁝ ꝏ ⁝ *h*όσστις κα λιποτελέε-
ι ἐγ Ναυπάκτο ⁝ τõν ἐπιϜοίϙον ⁝ ἀπὸ Λοϙρõν εἶμεν ⁝ ἔντε κ᾽ ἀποτείσει ⁝ τὰ νό-
μια Ναυπακτίοις ⁝ Γ ⁝ αἴ κα μὲ γένος ἐν τᾶι ἱστίαι ⁝ ἔι ε̃ ᾽χεπάμον ⁝ τõν ἐπι-
Ϝοίϙον ⁝ ἔι ἐν Ναυπάκτοι, Λοϙρõν ⁝ τõν *H*υποκναμιδίον ⁝ τὸν ἐπάνχισ-
τον ⁝ κρατεῖν, Λοϙρõν *h*όπο κ᾽ ἔι, ⁝ αὐτὸν ἰόντα, αἴ κ᾽ ἀνὲρ ἔι ε̃ παῖς, ⁝ τριõν μ-
ενõν· ⁝ αἰ δὲ μέ, τοῖς Ναυπακτίοις ⁝ νομίοις χρε̃σται ⁝ Δ ⁝ ἐ(γ) Ναυπάκτο ἀνχορέ-
οντα ⁝ ἐν Λοϙροὺς τοὺς *H*υποκναμιδίους ⁝ ἐν Ναυπάκτοι ⁝ καρῦξαι ἐν τἀ-
γορᾶι ⁝ κἐν Λοϙροῖς ⁝ τοῖ⟨ς⟩ *H*υποκναμιδίοις ⁝ ἐν τᾶι πόλι, *h*õ κ᾽ ἔι, ⁝ καρῦξαι ἐν
τἀγορᾶι ⁝ ꟸ ⁝ Περϙοθαριᾶν ⁝ καὶ Μυσαχέον ⁝ ἐπεί κα Ναυπάκτι⟨ός τι⟩ς ⁝ γένετα-
ι, ⁝ αὐτὸς καὶ τὰ χρέματα ⁝ τὲν Ναυπάκτοι ⁝ τοῖς ἐν Ναυπάκτοι χρε̃σται, ⁝
τὰ δ᾽ ἐν Λοϙροῖς τοῖς *H*υποκναμιδίοις ⁝ χρέματα τοῖς *H*υποκναμιδί-
οις ⁝

B

νομίοις χρε̃σται, ⁝ *h*όπος ἁ πόλις Ϝεκάστον νομίζει ⁝ Λοϙρõν τõν *H*υποκν-
αμιδίον· ⁝ αἴ τις *h*υπὸ τõν νομίον τõν ἐπιϜοίϙον ⁝ ἀνχορέει Περϙοθαριᾶ-
ν καὶ Μυσαχέον, ⁝ τοῖς αὐτõν νομίοις ⁝ χρε̃σται ⁝ κατὰ πόλιν Ϝεκάστους
⁝ ꟷ ⁝ αἴ κ᾽ ἀδελφεοὶ ἔοντι ⁝ τõ ᾽ν Ναύπακτον Ϝοικέοντος, ⁝ *h*όπος καὶ Λοϙρõ-
ν ⁝ τõν *H*υποκναμιδίον ⁝ Ϝεκάστον νόμος ἐστί, ⁝ αἴ κ᾽ ἀποθάνει, τõν χ-
ρεμάτον κρατεῖν ⁝ τὸν ἐπίϜοιϙον, τὸ κατιϙόμενον κρατεῖν : Ι ⁝
τοὺς ἐπιϜοίϙους ⁝ ἐν Ναύπακτον ⁝ τὰν δίκαν πρόδιϙον ⁝ *h*αρέσται, πὸ(τ) τοὺς δ-
ικαστε̃ρας ⁝ *h*αρέσται, ⁝ καὶ δόμεν ⁝ ἐν ᾽Οπόεντι κατὰ Ϝέος αὐταμαρὸν ⁝ Λοϙ-
ρὸν τὸν *H*υποκναμίδιον· ⁝ προστάταν καταστᾶσαι ⁝ τõν Λοϙρõν τὀπιϜ-
οίϙοι ⁝ καὶ τõν ἐπιϜοίϙον τõι Λοϙρõι, ⁝ *h*οίτινές κα ΠΙΑΤΕΣ ἔντιμοι ΕΣ ⁝ Ξ ⁝ *h*όσσ-
τις κ᾽ ἀπολίπει ⁝ πατάρα καὶ τὸ μέρος ⁝ τõν χρεμάτον τõι πατρί, ⁝ ἐπεί κ᾽
ἀπογένεται, ⁝ ἐξεῖμεν ἀπολαχεῖν ⁝ τὸν ἐπίϜοιϙον ⁝ ἐν Ναύπακτον
⁝ ⊕ ⁝ *h*όσστις ⁝ κα τὰ ϜεϜαδεϙότα ⁝ διαφθείρει ⁝ τέχναι καὶ μαχανᾶι ⁝ κα-
ὶ μιᾶι, ⁝ *h*ότι κα μὲ ἀνφοτάροις ⁝ δοκέει ⁝ *H*οποντίον ⁝ τε χιλίον ⁝ πλέθ-
αι καὶ ΝαϜπακτίον(!) ⁝ τõν ἐπιϜοίϙον ⁝ πλέθαι, ⁝ ἄτιμον εἶμεν ⁝ καὶ χρέ-
ματα παματοφαγεῖσται· ⁝ τὀνκαλειμένοι ⁝ τὰν δίκαν ⁝ δόμεν τὸν ἀρ-
χόν, ⁝ ἐν τριάϙοντ᾽ ἀμάραις ⁝ δόμεν, ⁝ αἴ κα τριάϙοντ᾽ ἀμάραι ⁝ λείποντ-
αι τᾶς ἀρχᾶς· ⁝ αἴ κα μὲ διδõι ⁝ τõι ἐνκαλειμένοι ⁝ τὰν δίκαν, ⁝ ἄτιμ-
ον εἶμεν ⁝ καὶ χρέματα παματοφαγεῖσται, ⁝ τὸ μέρος μετὰ Ϝο-
ικιατᾶν. ⁝ διομόσαι *h*όρϙον ⁝ τὸν νόμιον. ⁝ ἐν ὑδρίαν ⁝ τὰν ψάφιξ-
ξιν εἶμεν. ⁝ καὶ τὸ θέθμιον ⁝ τοῖς *H*υποκναμιδίοις Λοϙροῖς ⁝ ταὐ-
τὰ τέλεον εἶμεν ⁝ Χαλειέοις ⁝ τοῖς σὺν ᾽Αντιφάται ⁝ Ϝοικεταῖς.

1 ἐν Ναύπακτόν κα τõνδε ⟨εἶ⟩α [ἐ]πιϜοικία Oik., κὰ⟨τ⟩ τόνδε ἀ⟨γέστω τὸν νόμον ἐ⟩πιϜοικία Roehl, κατόνδε (sc. τὸν νόμον) Bursian, Bechtel, Roberts, *Inscr. jur.*, Walters, Michel, κατõνδε (= κατὰ τάδε) post G. Curtium et Dittenbergerum (Ind. schol. Hal. hiem. 1885/6 p. XI s.) reliqui || 2 ὁπόξενον (i. e. ὁμόξενον) Oik., (obscurum) Vischer, ὁπ⟨λ⟩όξενον (i. e. δορύξενον) G. Curtius, ὅπω ⟨κ᾽ ἧι⟩, ξένων ὅσια Wilamowitz, ὅπω ⟨κ᾽ ἧι⟩ ξένον ὅσια Roberts, Walters, ὅπω ⟨κ᾽ ἧ Λοϙρῶν⟩, ξένων ὅσια Roehl, ὅπο (alii ὅπου, alii recte

ὁπόθεν interpretantes) ξένον ὅσια Egger, Bréal, Bannier, Schwyzer, Solmsen–Fraenkel, ὅπο ξένον ὁσία Meister, Michel, Marshall, ὅπο⟨ς⟩ Cauer (Delectus[1] 91), Bechtel, Ed. Meyer, *Inscr. jur.*, Dttb., Danielsson, Hicks–Hill, Heikel, Buck || 3 alterum αἴ κα δείλεται delent Wilam., Roehl || 6 αὖτις Ed. Meyer; αἴ ⟨κα⟩ Roehl, Bechtel, Ed. Meyer, Dttb.,Michel || 7 καταλείπων {τα} Bursian, S.–Fr., καταλείπων τὰ ἐν τᾶι ἱστίαι Meister, Michel, Hicks–Hill, Hiller (Syll.[3]), Marshall, Tod, καταλείπον{:}τα Oikonomidem secuti omnes ceteri || 10 med. N || 11 fin. ⟨'Ο⟩ποντίων Oik., ἀπ' 'Ο⟨πο⟩ντίων Meister, Michel, Hiller, Marshall, Tod, ἀπ' ⟨'Οπ⟩οντίων Ed. Meyer, *Inscr. jur.*, ἀ⟨π' 'Ο⟩ποντίων post G. Curtium omnes ceteri || 12 in. τέ⟨χ⟩νᾳ Oik. || 15 med. ἀπόλοϙρον Roehl, Ed. Meyer, Schultheß, Danielsson, Lerat, ἀπὸ Λοϙρõν reliqui || 16 fin. ἐχέπαμον (sc. γένος) Oik., Vischer, Egger, Wilam., Roehl, Bechtel, Roberts, Ed. Meyer, Danielsson, Walters, {ἐι} ἐχέπαμον *Inscr. jur.*, ἢ 'χεπάμων Meisterum secuti omnes ceteri || 17 in. εἶ⟨μ⟩εν Ναυπάκτῳ Oik., qui tamen in commentario lectionem traditam praefert, εἶ⟨μεν⟩ ἐν N. G. Curtius, {ἐι} Wilam., Roehl, Bechtel, Ed. Meyer || 18 in. {Λοϙρõν} Wilam. || 21 med. ΤΟΙ || 22 (et 27 fin.) πὲρ Ϙοθαρίαν καὶ Μυσάχεον Oik., G. Curtius, Bursian, Bannier, Hiller (Syll.[3] IV 421. 453 s. vv.), Περϙοθαριᾶν καὶ Μυσαχέον post Vischerum omnes ceteri; ΝΑΥΠΑΚΤΙΣ· Ναυπάκτι⟨ο⟩ς Oik., G. Curtius, Meister, Michel, Hicks–Hill, Marshall, Tod, Ναυπάκτι⟨ός τι⟩ς post Vischerum omnes ceteri (Egger dubitanter) || 23 post αὐτός distinxerunt G. Curtius, Roberts, Tod, Buck; τοῖς ἐν Ναυπάκτοι ⟨νομίοις⟩ Roehl, Bechtel, *Inscr. jur.* || 27 αἴ ⟨κα⟩ Roehl, Bechtel, Roberts, Ed. Meyer, Dttb., Walters || 30 ἀποθάνει ⟨τῶν ἀδελφεῶν τις ἄπαις⟩ Roehl || 31 τõ κατικόμενον κρατεῖν Dttb., Hiller, S.–Fr.; alterum κρατεῖν del. Wilam., Roehl || 33 post ικαστῆρας add. Roehl ⟨καὶ δόμεν ἐν 'Οπόεντι κατὰ Ϝέων αὐταμαρόν· καὶ⟩; κατὰ Ϝέ⟨τ⟩ος Oik., G. Curtius, Vischer, Egger, Bréal, Bechtel, Roberts, Walters (dubitanter), κατὰ ⟨χρ⟩έος Riedenauer, κατ' ἄϜεος vel ἀϜέος (= εἰς τὴν αὔριον) Danielsson, κατὰ Ϝέος Roehlium secuti reliqui sed diversa interpretatione velut W. Prellwitz, *Glotta* 16, 1928, 155 s. (‘*nach der Reihe*’) et Tod (= καθ' ἑαυτόν, ‘*so far as he is concernd*’), desperavit Dttb. || 35 καπιατεςεντιμοιες Oik. (‘ἀκατάληπτα’ l. c. p. 126), G. Curtius, Roehl, *Inscr. jur.*, *h*οίτινές κα ΠΙΑΤΕΣ ἔντιμοι ΕΣ Bechtel, Roberts, Ed. Meyer, Hicks–Hill, Heikel, S.–Fr., οἵτινές κα 'πιατὲς (= κα ἐπιετές) ἐντιμόιε⟨ν⟩ (= ἐντιμῷεν) Bursian, οἵτινές κα 'πι⟨Ϝε⟩τὲς (‘*in diesem Jahre*’) ἔντιμοι ἔ⟨ωντι⟩ Vischer, Eggers, Dttb. (dubitanter), Walters, *h*οίτινές κα 'πιατὲς (= ἐπὶ Ϝέτος = ἐφ' ἔτος ‘hoc anno’) ἔντιμοι ες Hiller, Tod, Buck ({ες} ⟨ἔοντι⟩), οἵτινες κἀπίατες ἔντιμοι ΕΣ (ἔοντι?) (‘*die im folgenden Jahre im Amte sind*’) Prellwitz, *Glotta* 17, 1928, 147, *h*οίτινές κα πίατες (‘pingues, locupletes, nobiles’) ἔντιμοι ἔ⟨ωντι⟩ Meister, Michel, Marshall (Meister l. c. 1899, 160 ΕΣ potius ἧς i. e. nominativum pluralis adiectivi ἐύς interpretatur: ‘*soviele reich, in Ehren und wacker (sind)*’), οἵτινές κ' ἀπ⟨ρ⟩ᾶτες (‘*nicht verkauft*’ vel ‘*nicht verkauft habend*’) ἔντιμοι ἔ⟨ωντι⟩ Danielsson, *h*οίτινες κἀπίατες ἔντιμοι ἔς (i. e. καὶ ἀπιόντες ἔντιμοι ἦσαν) Br. Keil, Schwyzer (contra: P. Kretschmer, *Glotta* 10, 1920, 231 s.; ΕΣ = ἦσαν improb. J. Wackernagel, *Idg. Forsch.* 39, 1920/1, 223[1]), ἀπιᾶτες potius ex ἀπίη (γῆ) Homeri explanare vult K. Brugmann, *Idg. Forsch.* 38, 1920, 137 ss., id quod P. Kretschmer, *Glotta* 12, 1923, 184 s. refutavit || 42 {δόμεν} Wilam., Roehl || 44/5 τὸ μέρος μετὰ Ϝοικιατᾶν ad sequens enuntiatum (διομόσαι κτλ.) rettulerunt Oik., G. Curtius, Vischer, Egger, Bechtel, ad praecedens enuntiatum plerique secuti Roehlium, qui tamen dubitanter scribendum proposuit ⟨καὶ τῶ θεῶ εἶμεν⟩ τὸ μέρος μετὰ ⟨τῶν⟩ Ϝοικιατᾶν); τὸ μέρος ad praecedens, μετὰ Ϝοικιατᾶν ad sequens enuntiatum rettulerunt Roberts et Walters || 46 κα⟨τ⟩ τό Oik., G. Curtius, Vischer, Egger || 46/7 ταὐ|τᾶ Roehl, Bechtel, Roberts, Ed. Meyer, Dttb., Walters, Schwyzer, Heikel, S.–Fr., Buck (l. c. § 132, 6).

Quod de interpretatione tabulae nr. 717 diximus, multo sane magis convenit in tabulam supra positam. Etiam enim maior est difficultas ad singula intellegenda in rudi illo et incondito sermone. Itaque etiam plures viri docti in interpretanda hac tabula laboraverunt et sudaverunt, quos omnes fere in adnotatione critica nominavi. Unde cognoscas gravissimas controversias, omnes autem afferi non potuerunt. Sed quamquam alii loci dubii, alii obscuri manent, tamen hic quoque officium in me recepi interpretationem, quam iterum atque iterum deliberatam verisimillimam duxi, sermone Latino reddendi, rursus saepe verbis Roehlii et Dittenbergeri usus. Ceterum ea, quae mihi necessaria videbantur, commentario exposui.

Naupactum secundum haec colonia. Locro Hypocnemidio, si Naupactius factus erit, ut Naupactio liceat velut peregrino convenientes portiones sacrificii accipere et sacrificare, si quando (visendi causa antiquam patriam) adierit, si volet. Si volet, liceat ei sacrificare et accipere et a populo et a sodalibus, ipsi et genti eius in perpetuum. Vectigal coloni Locrorum Hypocnemidiorum ne pendant in Locris Hypocnemidiis, priusquam quis rursus Locrus Hypocnemidiorum factus erit. Si volet redire, liceat ei, relinquenti in foco suo filium puberem aut fratrem, sine

vectigali introitus. Si vi expellantur Naupacto Locri Hypocnemidii, liceat redire, unde quisque erant, sine vectigali introitus. Vectigal ne pendant ullum nisi una cum Locris occidentalibus. A *Iureiurando obstricti sunt coloni Naupactum ituri se non defecturos esse ab Opuntiis ulla arte, ullo dolo sua sponte. Iusiurandum liceat, si volent, exigere triginta annis post (primum) iusiurandum centum viris Naupactiorum ab Opuntiis et a Naupactiis Opuntiis.* B *Quicumque colonorum Naupacto vectigali non penso decedet, a Locrorum societate exclusus sit, dum pependerit legitima Naupactiis.* Γ *Si non sit gens in foco aut (alius) heres colonorum Naupacti, Locrorum Hypocnemidiorum proximus gente, undecumque Locrorum est, (hereditatem) capiat, ipse (Naupactum) veniens, sive vir est sive puer, intra tres menses. Sin minus, Naupactia iura valeant.* Δ *Qui Naupacto redire volet in Locros Hypocnemidios, Naupacti pronuntiet in foro et in Locris Hypocnemidiis in eo oppido, unde est, pronuntiet in foro.* E *Percothariarum et Mysachensium si quis Naupactius factus erit, ipse et bona, quae Naupacti sunt, Naupactiis iuribus utantur, bona autem, quae in Locris Hypocnemidiis sunt, Hypocnemidiis iuribus utantur, qualia cuiusque in oppido valent Locrorum Hypocnemidiorum. Si quis sub colonorum iuribus redeat Percothariarum et Mysacheorum, suis quisque iuribus utatur, qualia sunt in singulis oppidis.* F *Si fratres sint colono Naupactum ituro, qualiscumque singulorum Locrorum Hypocnemidiorum lex est, si (quis fratrum) mortuus erit, bona capiat colonus, legitimam portionem capiat.* I *Coloni Naupactum ituri litem ante ceteros instituant, apud iudices instituant, et ius det Opunte contra se eodem die Locrus Hypocnemidius. Patronus detur ex Locris colono et ex colonis Locro, quicumque – – honesti (sunt?).* H *Quicumque reliquerit patrem et partem bonorum patri, si (pater) vita decesserit, liceat accipere colono Naupactum.* Θ *Quicumque haec decreta subverterit ulla arte, ullo dolo, nisi quid utrisque (mutandum) probatum erit, Opuntiorum mille maiori parti et Naupactiorum colonorum maiori parti, infamis sit et bona eius publicentur. In ius vocanti det iudicium magistratus, intra triginta dies det, si triginta dies muneris supererunt. Si non det in ius vocanti iudicium, infamis sit et bona eius publicentur, fundus cum servis. Iurent iusiurandum legitimum. In urnam tabellae coniciantur. Et hoc decretum Hypocnemidiis Locris factum eodem modo ratum sit Chaliensibus Antiphata duce (Naupactum) colentibus.*

Habemus legem ab Opuntiis, penes quos apud Locros Hypocnemidios regimen publicarum rerum erat, de colonia Naupactum mittenda propositam. Litterarum autem formae docent tabulam in Locrorum occidentalium, non orientalium regione inscriptam esse et revera Chalii inventa est, quod oppidum huius coloniae particeps fuisse e vs. 46/7 apparet. 'Iam hoc additamentum non spectat ad res colonorum Hypocnemidiorum, neque eorum intererat id suae tabulae subiungere; quod contra, cum omnia colonorum Chaliensium iura hoc solo decreto, ut quaecunque in Hypocnemidios etiam in ipsos caderent, niterentur, sane opus erat eos exemplum tabulae Opuntiae sibi procurare, hoc ipsum, quod nos etiamnunc tenemus. Fortasse inde, quod ex alia tabula non plane eadem litteratura exarata (nam Opuntiorum et Ozolarum scriptura aliquantum differebat) haec transscripta sunt, errorum et corruptelarum multitudo nata est' (Dttb., cf. etiam Gschnitzer l. c. 57[3]). — V. 1 κὰ(τ) τõνδε· cf. Buck l. c. § 136, 5. — 'Quod [coloni] ἔποικοι dicuntur, recte Vischerus inde repetivit, quod in locum iam habitatum mittuntur' (Dttb.), cf. J. Oehler, *RE* VI 227 s. — Λοϙροὶ τοὶ *H*υποκναμίδιοι· de hac atque aliis significationibus Locrorum orientalium cf. G. Klaffenbach, *Klio* 20, 1926, 68 ss. 2/3 Tot et tam diversas sententias de interpretatione huius paragraphi prolatas esse, ut singulae hic explicari non possint, ex adnotatione critica colligas. Equidem Dittenbergero assentior, qui dicit: 'Lenissima medela Cauerus restituit ὅπω(ς) ξένον, quod unum sententiae plane accommodatum ideoque reliquorum conatibus – – longe praeferendum est'. Et in interpretandis sequentibus verbis Danielssonum secutus sum l. c. 57 haec docentem: '*Dass* ὅσια λανχάνειν *und* θύειν *nicht Gegensätze sind, sondern zu derselben, kultlichen Begriffssphäre gehören, das geht doch augenfällig aus dem Zusammenhange hervor* (ὅσια λανχάνειν καὶ θύειν — θύειν καὶ λανχάνειν). *Auch durch den ersteren Ausdruck wird also ein sakrales Vorrecht bezeichnet, und zwar, wie man dann am wahrscheinlichsten annehmen dürfte, die Erlangung eines Anteils vom Speiseopfer und die Berechtigung zur Teilnahme an der Opfermahlzeit — wie bekannt, ein sehr geschätztes Privileg*' (similiter Meister l. c. 1895, 283). 3/4 '*Dies zweite Glied ist nur eine erweiternde und präcisierende Wiederholung des vorhergehenden*' (Danielsson l. c. 54, ut iam Vischer). — 'Non modo totius populi (δάμω), sed etiam minoris corporis, veluti phratriae, gentis, pagi, cuius fuit, rei divinae interesse licebit. Ad eiusmodi corpora enim recte Vischerus rettulit ϙοινάνων nomen, monens Aristotelem Eth. Nic. VIII, 11, 1160*a*, 9 item ea omnia κοινωνιῶν voce comprehendere' (Dttb.). 6/7 αἰ sine κα velut v. 27 (utroque loco κα addidit Roehl), cf. Buck § 174. 8 'ἐνετήρια ab ἐνίημι *(intromitto)* descendere convenit inter editores; plerique vectigal intellegunt, quod pendant peregrini, quibus civitas detur. Cuius rei cum idonea testimonia desideraret Meisterus, sacrificium (ut εἰσιτήρια similia) intellegere

maluit. Sed nescio, an in summa obscuritate rerum publicarum per illa tempora nimium tribuerit testimoniorum penuriae' (Dttb.). 9 *hóπο* Fέκαστος ἐν· 'unde quisque erant' W. Schulze, *Kl. Schr.*[2] 1966, 221 s.; Buck p. 251. 10 'Hoc Vischerus ita intellexit, ut Naupactii novis colonis alia vectigalia [i. e. μετοίκιον similia] imponere vetarentur ac quae omnes cives penderent' (Dttb.). 11 Inde ab hoc versu paragraphi numeris A–Θ notatae sunt. Qua de causa hic demum factum sit, dubium est. 13 μετὰ τριάφοντα Fέτεα· i. e. post hominis aetatem (Vischer). 15 ἀπὸ Λοϙρõν (non ἀπόλοϙρον) defendit Br. Keil, *Herm.* 31, 1896, 515[1] verbis ἄτιμος ἔστω ἐγ Λαβυαδᾶν inscriptionis notissimae. Cui oblocutus A. Wilhelm, *Öst. Jahresh.* 14, 1911, 190 s. ipse vocem ἀπόλοϙρον defendit et quidem eisdem exemplis (velut ἀπόδρομος, ἀπέταιρος, ἀπάγελος), quae iam Danielsson l. c. 60 attulerat. Addiderat hic etiam Theopompi vocem ἀπαθήναιοι, quam valde reprehendit Pollux III 58. 22 '*In den* Περκοθαρίαι καὶ Μυσαχεῖς – – *sind längst Priestergeschlechter, „Reiniger und Schuldheiler" erkannt worden; bleibt auch unklar, ob diese Geschlechter den* Αἰάντειοι [cf. nr. 706] *zuzuteilen sind oder nicht, so liegt es doch nahe anzunehmen, daß die von ihnen verrichteten Sühnungen dem sagenhaften Frevel des Ahnherrn der Lokrer galten*', Wilhelm l. c. ad v. 15 p. 174; cf. etiam Danielsson l. c. 66: '*Die* Περϙοθαρίαι καὶ Μυσαχεῖς *unserer Inschrift die „hundert Häuser" oder lokrischen Adelsgeschlechter – –, auf welchen die sagenhafte Verschuldung ihres Stammheros, des lokrischen Aias, lastete, und denen es alljährlich oblag, das bekannte Jungfernopfer nach Ilion zu entrichten*'. Longe aliter censent *Inscr. jur.*: '*Il s'agit de colons d'une catégorie inférieure analogue aux Périèques de Laconie*'. 23 Quod probabile non est voces αὐτὸς καὶ τὰ χρήματα separari posse, cum plerisque viris doctis sumendum videtur scribae errore αὐτός pro αὐτόν exaratum esse. 27 *h*υπὸ τõν νομίον· cum Oikonomides totum enuntiatum falso interpretatus esset et Roehl haec verba obscura iudicavisset, alii viri docti (velut Ed. Meyer, Dttb., Heikel) Vischeri interpretationem '*aus dem Bereich der Gesetze der Epöken*', alii (velut Hicks–Hill, Marshall, Tod, Buck) Meisteri interpretationem '*unter den gesetzlichen Bestimmungen der* ἐπίFοιϙοι' probaverunt. 28 τοῖς αὐτõν νομίοις· de privilegiis illarum duarum gentium in singulis Locrorum Hypocnemidiorum oppidis diversis accipiendum est, cf. imprimis Meister l. c. 1895, 310 s. 29/30 'Nonnulla mente supplenda sunt, quae plane necessaria videntur, nempe αἴ κ' ἀδελφεοὶ ἔωντι ἐν Λοϙροῖς τοῖς 'Υποκναμιδίοις et αἴ κ' ἀποθάνῃ τῶν ἀδελφεῶν τις', Dttb. 31 'Non puto eos [priores editores] recte illi τῶν χρημάτων κρατεῖν per epexegesin subicere τὸ κατικόμενον κρατεῖν, quia sic sine idonea causa a genetivo ad accusativum casum transiretur; immo τῶν χρημάτων mihi videtur genetivus partitivus esse, τῶ vero pronomen relativum, et κατικόμενον verbi finiti locum tenere, ut προσῆκον (pro προσῆκόν ἐστιν aut προσήκει) aliaque id genus frequenter usurpantur. Totum igitur enuntiatum Attice sic exprimendum iudico: τὸν ἔποικον κρατεῖν τῶν χρημάτων τούτου τοῦ μέρους, οὗ αὐτὸν προσῆκόν ἐστι κρατεῖν', Dttb. Sed videas quae adnotaverunt Roberts (l. c. 352): '*The words* τὸ κατιϕόμενον κρατεῖν limit the *more general statement of the preceding* κρατεῖν; *hence perhaps the genetive after the first and the accusative after the second*' et Buck (l. c. 252): '*Note the double construction with* κρατεῖν *according as the sense is partitive or not*'. 32—35 Haec paragraphus si omnino, nonnisi difficillime intellegi potest, quamquam tot viri docti enixe operam dederunt (vide adnotationem criticam). Quorum sententiae omnes etiam hic enarrari nequeunt. Probabilissima mihi quidem ea visa est, quam Meister l. c. 1896, 43[1] protulit suadente Wackernagelio (per litteras): '*Ich muss Herrn Prof. J. Wackernagel Recht geben – – dass* κατὰ Fέος – – *recht wohl in dem gewöhnlichen Sinn „gegen sich" heissen könne, da ja bei Processen in Opus ein Lokrer nur als Beklagter betheiligt sein könne. Er schlägt deshalb vor, h*αρέσται *epanaleptisch und* Λοϙρόν *nur zu* δόμεν *als Subject zu fassen. Ich weiche nur insofern davon ab, als ich den ganzen Passus* ποτοὺς δικαστῆρας *h*αρέσται *als eine nachträgliche Bestimmung und als Zusicherung eines weiteren Rechtes vom Vorhergehenden trenne; die* ἐπίFοικοι *dürfen ihre Klage vor die Richter bringen; die übrigen* ξένοι, *deren Staaten mit Opus* συμβολαί *abgeschlossen hatten, mussten vor den* ξενοδίκαι *klagen*'. Ad κατὰ Fέος = καθ' ἑαυτοῦ cf. Schwyzer, *Griech. Gramm.* I 603; Buck l. c. § 118, 3. 35 Equidem cum Roehlio facio, qui suo iure ad hunc versum adnotavit: 'Vereor ne in hoc loco, quem viri docti frustra tentarunt, maior sit neglegentia scribae quam ut verum possit reperiri'. 36 Ad πατάρα cf. ματάρα Delphis, Buck l. c. nr. 48 (Schwyzer, *Griech. Gramm.* I 274*b* α). 39/40 χιλίον πλέθαι· πλήθαν velut πληθύν nr. 717 maiorem suffragiorum partem, non contionem iam primus editor recte interpretatus est. Nam 'vocabulo numerali nunquam apud Graecos comitia *totius* populi significantur, sed ea modo concilia aut corpora, quae *partem* civium comprehendunt' (Dttb.). De concilio χιλίων Locrorum orientalium cf. Busolt–Swoboda, *Griech. Staatskunde* II 1457. 41 παματοφαγεῖσται· cf. J. R. Wheeler, *The Class. Rev.* 17, 1903, 28; K. Latte, *Goett. Nachr., Phil.-Hist. Kl.* 1946/7, 65. — τὀνκαλειμένοι non passivum sed medium esse et accusatorem

ostendere perspexit Roehl. 'Quod unum – – pro rei natura probabile est. Neque enim hic cavendum fuit, ne reus causam dicere prohiberetur, sed ne facinus legis violatae mora iudicii impunitum relinqueretur. Medii ἐγκαλεῖσθαι usus sane perrarus est' (Dttb.). 44/5 τὸ μέρος μετὰ Ϝοικιατᾶν· rectam puto eam interpretationem, de qua Lerat (II 142) his verbis refert: '*Partant du sens donné au mot* μέρος *entendu comme synonyme de* κλῆρος = *lot de terre* [cf. imprimis R. Meister, *Rh. Mus.* 63, 1908, 578 s.], *on a pensé que les* Ϝοικιᾶται *devaient être, non des esclaves, mais des „serfs" attachés à la terre comme il en existe en Thessalie et dans les pays doriens. Le rapprochement avec l'emploi du mot* Ϝοικεύς *en Crète montre que cette interpretation est possible'*. Cf. etiam D. Lotze, Μεταξὺ ἐλευθέρων καὶ δούλων 1959, 56. 46 ταὐτά· accusativus relationis. 47 τέλεος = κύριος, cf. Bechtel, *Goett. Nachr.* 1918, 399 s.

Quando autem illa colonia missa est? Hoc sane constat, 'id nullo modo fieri potuisse, quo tempore Naupactus ab Atheniensibus capta a Messeniis teneretur (a. 454 [460]—404 a. Chr.). At cum Oeconomides tabulam illa aetate antiquiorem existimasset, Vischerus ad tempora bello Peloponnesiaco aliquanto recentiora descendere maluit; neque enim idoneam causam coloniae mittendae illo antiquiore tempore perspici; quod contra Naupacto a Locris recuperata (Paus. X, 38, 10 ἐκλιπόντων δὲ ὑπὸ ἀνάγκης τῶν Μεσσηνίων οὕτως οἱ Λοκροὶ συνελέχθησαν αὖθις ἐς τὴν Ναύπακτον), ne brevi rursus amitteretur, colonis accitis cavendum fuisse, praesertim cum oppidum amplissimum esset (Thuc. III, 102), neque facile nisi a magno civium numero defendi posset. Sed cum paene nihil sciamus de illarum regionum per priora saeculi quinti tempora rebus, quid valet quod occasionem coloniae deducendae demonstrare non possumus? Et litteraturam tituli cum Vischeri opinione pugnare nemo rei palaeographicae peritus negabit; quare cum Kirchhoffio recentiores editores ad unum omnes ad Oeconomidis sententiam redierunt; id sane non video, quare Meyerus titulum *multo* antiquiorem dicat quam Naupactum ab Atheniensibus occupatam, atque adeo ante bellum Persicum incisum probabile existimet; neque enim est cur per multos annos colonos illos, qui iam cum deducebantur, metuebant ne vi pellerentur (vs. 8), Naupacti mansisse statuamus; ac nescio an ipsum periculum ab Atheniensibus imminens novis civibus ex Locris orientalibus acciendis ansam dederit' (Dttb.). Cogitandum sane est etiam de Aetolis assiduis Ozolarum hostibus, quos equidem praetulerim. Sed quoquo modo res se habet, tabulam nr. 609, sive a Naupacto oriunda est sive aliunde, et tabulam supra positam si non ad res easdem, tamen ad similes pertinere vix negari posse mihi quidem videtur (cf. iam supra ad nr. 609). Quin autem haec tabula paulo, nescio quanto tempore minor illa, certe tamen prioris saec. V a. Chr. partis sit, nequaquam dubium esse potest (ad annos fere 500—475 tabulam refert Jeffery). Unus Kirsten ad Vischeri sententiam rediit, cf. apud A. Philippson, *Die griech. Landschaften* I 2 (1951), 719[98].

---

719 DECRETUM OPPIDI IGNOTI DE CN. POMPEIO MAGNO FACTUM. Lapis calcarius durus a dextra fractus, a sinistra leviter recisus, quem '*à Galaxidi, dans l'* εἰκονοστάσιον *qui s'élève à côté de l'église H. Nicolaos*', in cuius vicinia etiam inventus esset, se vidisse refert Perdrizet, sed id in dubium vocatum est, cf. Lerat I 202[4]. Videtur lapis, quem ego quoque frustra quaesivi, deperditus esse. Litt. alt. 0,01. Ed. P. Perdrizet, *Rev. ét. gr.* 10, 1897, 21 s. (Lerat I 202 ss. = SEG XII 270). Cf. L. Lerat, *Rev. ét. gr.* 1943 p. XIII s.; L. Lerat et F. Chamoux, *BCH* 71/2, 1947/8, 57; Lerat II 107 s.

c. a. 67—62 a.
. . ẹιτους τοὺς πατρίους καὶ ἰθαγεν[εῖς – – – – – – – – – – – – – – – – τὴν πό]-
[λι]ν τὴν τῶν Χαλειέων μεθειστανομ̣[– – – – – – – – – – – – – – Γναῖος Πον]-
[π]ήϊος Μάγνος ἀπὸ τοῦ τόπου μεθισταν – – – – – – – – – – – – – – – – – – –
[τ]ὸ θεῖον καὶ τοὺς καθειδρυμένους ὑπ̣[ὸ –]
ἀγαθῇ τύχῃ δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ [δήμῳ – – – – – – Γναίῳ Πονπηΐῳ]
[Μ]άγνῳ· ἐπὶ δὲ τῶν ἀνακομισθέ⟨ν⟩των θ –
. . . . ι τὰς πατρίους θυσίας, καθὼς –
[. . θ]ụσίαις Γναίου Πονπηΐου Μάγνου –
[. . . ἀν]αγράψαι δὲ εἰς τὰς βάσεις ṭ –

Suppl. Perdrizet. Initium tituli in lapide supra posito fuit || 1 in. sic Perd., ει τοὺς πατρίους Lerat || 1 fin. τὰ εἰς τὴν πό] Lerat || 2 fin. μεθειστανομ[ένην Perd., μεθειστανόμ[ενα Lerat || 3 fin. μεθιστάν[των Perd. || 4 fin. ὑ[πὸ τῶν προγόνων ναούς? idem || 5 fin. [δήμῳ τῶν Οἰανθέων idem || 6 fin. ΘΕΤΩΝ idem; θ[εῶν? idem || 7 in. περ]ὶ idem || 9 fin. εἰς τὰς βάσεις [τὸν – – – τόδε τὸ ψήφισμα] idem.

Cum Perdrizet hunc titulum oppido Oeantheae tribuerit ratus fortasse auctore Pompeio Magno incolas oppidi Chalei eo traductos esse, Lerat I 203 ss. comprobavit potius de decreto oppidi cuiusdam ignoti, quod sermone Attico utebatur, agi. Quod oppidum res quasdam in oppidum Chaliensium transposuerat, quae nunc reportatae sunt. Quaenam res fuerint, non constat, sed quia earum nomen a littera θ incipit et in eis (ἐπὶ τῶν – –) patria sacrificia facere praecipi videtur, mihi quidem probabile est oppidanos illos ignotos θυμιατήρια aurea vel argentea (cf. *RE* VI A 707) piratarum metu in locum tutum transtulisse. Itaque vs. 6/7 sic fere suppleri possunt: ἐπὶ δὲ τῶν ἀνακομισθέ⟨ν⟩των θ[υμιατηρίων – – – συντελέσα]ι τὰς πατρίους θυσίας καθὼς [νομίζεται – –]. Qua in re Pompeium haud parvam vim habuisse ideoque hoc decretum in eius honorem factum fuisse in promptu est. Fortasse igitur v. 5 χάριτας ἀξίας sim. ἀποδοῦναι Γναίῳ Πομπηΐῳ Μ]άγνῳ supplendum est et v. 8 de sacrificiis Pompeio offerendis agitur (καὶ – – – τιμῆσαι θ]υσίαις Γναίου Πομπηΐου Μάγνου [εἰκόνα vel εἰκόνας] ?). Siquidem autem hic titulus Chalei inventus est, consentaneum est etiam Chalienses honoratos esse, sed id alio decreto factum videtur.

De tituli aetate Lerat II 108 haec adnotat: '*Un épisode de ce genre peut se situer à merveille au temps de la guerre des pirates. Mais il a pu se produire aussi au cours de la guerre civile, au moment où Pompée était en Grèce le maître de la situation et entretenait une garnison à Naupacte*'. Equidem prius tempus praetulerim.

DEDICATIONES

720 Ansa paterae aëneae inventa in oppido *Galaxidi*, a. 1934 Athenis in Museo Nationali (inv. nr. 8169). Litt. alt. 0,005, interv. vers. 0,002; de formis litterarum incisarum vide phot. tab. IV 7. Ed. M. Collignon, *Rev. arch.* 32, 1876, 182 s. cum delineatione (H. Roehl, IGA 323 cum del. et Imagines[3] 93 nr. 3; *GDI* 1480; A. Kirchhoff, *Studien z. Gesch. d. griech. Alphabets*[4] (1887), 146[2]; E. S. Roberts, *An Introduction to Greek Epigraphy* I (1887) 240 nr. 233; IG IX 1, 335 cum del.; Michel 1121; Schwyzer 364; L. H. Jeffery, *The Local Scripts of Archaic Greece* (1961) 403 cum del. tab. 14, 5, cf. etiam p. 106. 108, 5). Ansam contuli. *Phot.* [Cf. add. p. 125]

s. V a. Εὔφαμος : καὶ τοὶ συν-
δαμιοργοὶ : ἀνέθεκαν
τõι *h*έροι.

De damiurgis cf. Lerat II 120. Vide etiam K. Murakawa, Historia 6, 1957, 385 ss. (tractatio universalis); Cl. Vatin, *BCH* 85, 1961, 236 ss. (de damiurgis Delphicis); H. V(olkmann), *Der Kleine Pauly* I (1964), 1472 s. — '*Il est possible que l'absence du nom du héros sur la patère de Galaxidi s'explique simplement par ce fait que la patère était déposée dans le temple même du héros, et qu'il était dès lors inutile de citer son nom*', Collignon. Quoniam damiurgi dedicant, fortasse de heroe conditore oppidi cogitari potest.

Titulum initio saec. V a. vindicat Lerat II 125, medio saeculo Jeffery l. c. 106. 108, 5.

---

721 DEDICATIO ET PROXENIAE DECRETUM ET MANUMISSIO. Basis lapidis calcarii ab angulo sinistro fracta, quae postea in novum usum supra recisa est atque ita quidem, ut a sinistra pars angusta pristinae superficiei servata sit, a. (a sinistra) 0,30, l. 0,56, cr. 0,47; inventa haud longe a vico Βασιλικό sito prope antiquam Sicyonem (*RE* II A 2533) et Oxonium delata. Inscripta est basis in fronte *(A)*, in latere sinistro *(B)*, in tergo *(C)*. Litt. alt. *A* 0,015 (o minus), *B* 0,011, *C* 0,006—0,01 (o minus), interv. vers. *A* 0,02, *B* 0,006–0,008, *C* varians; *A* ΑΡΩ, formae pulchrae, *B* ΑΜΡΣΩ, inter lineas leviter incisas, *C* A et A et AM et MΠΣ. Edd. *A* R. Chandler, Marmora Oxoniensia II (1763), 68 s. nr. XXIX 3 (CIG I 1594; Le Bas-Foucart II 579; L. Ross, *Alte lokrische Inschrift von Chaleion oder Oeantheia* (1854), 12; IG IX 1, 332), *B* R. Chandler l. c. 66 s. nr. XXIX 1 (CIG I 1567; Le Bas-Foucart II 580; L. Ross l. c. 11 s.; *GDI* 1476; Michel 288; IG IX 1, 330; Schwyzer 371), *C* R. Chandler l. c. 66 s. nr. XXIX 2 (CIG I 1607; Le Bas-Foucart II 581; L. Ross l. c. 12; *GDI* 1477; IG IX 1, 331; *Inscr. jur.* II 285 nr. 23; Syll.[3] 1205; Schwyzer 372). Cf. H. L. Ahrens, De Graecae linguae dialectis I 1839, 235[1] (de lapidis origine); H. Pomtow, *Klio* 18, 1922, 293 s. (de supplendo initio et tempore tituli *B*). Ectypa contuli. *Ect. Phot. B* (tab. VIII 18).

A

s. III a. – – τὸν υἱὸν
– – ν Ἀπόλλωνι.
vac.

B

c. med. s. II a.

ἀ γ α θ ᾶ ι τ ύ [χ α ι].
ἄρχοντος Ξένωνος, ἐπ̣[ιδα]-
μιοργέοντος Μίκκωνος· ἐπ[εὶ]
Κλεογένης Ἀλκιθόου Αἰγιεὺς
εὔνους ὢν καὶ εὔχρηστος διατελ[εῖ]
τᾶι πόλει τῶν Χαλειέων, ἔδοξε τᾶι πό-
λει ἐν ἐννόμωι ἐκκλησίαι· πρόξεν-
ον εἶμεν καὶ εὐεργέταν τᾶς πόλιο̣[ς]
τῶν Χαλειῶν Κλεογένη Ἀλκιθόου Αἰγ[ιῆ]
καὶ ἐκγόνους α̣ὐ̣τοῦ καὶ εἶμεν αὐ̣τ̣ῶ̣ι ἰσο[πο]-
λιτείαν καὶ ἀσφάλειαν καὶ ἀσυλίαν κα̣[ὶ πολέ]-
μου καὶ εἰράνας καὶ γᾶς καὶ οἰκίας ἔνκτησ[ιν]
καὶ τὰ ἄλλα ὑπάρχειν αὐτῶι πάντα, ὅσα [καὶ]
τοῖς ἄλλοις προξένοις καὶ εὐεργέτ[αις]
τᾶς πόλιος ὑπάρχει.

post med. s. II a.

C

ἄρχο̣ν̣[τος ἐν μ]ἐ̣γ Χαλειῶι Ἀλεξίνου, μηνὸς Καρείου, ἐν δὲ Ἀμφίσσαι ἄρ-
χοντο[ς Ἀρι]στ̣ά̣ρχου, μηνὸς Ἀγραστυῶνος ἀπέδοτο Κλεογένης Ἀνδρονίκου
Ἀλεῖος ἐν Ἀμ[φ]ί̣σ̣σαι ἐνεργα[ζ]όμενος σῶμα ἀνδρεῖον, ὧι ὄνομα Δημήτριος, τὸ γέ-
νος Λαοδικῆ, ἐπ' ἐλευ̣θ̣ερίαι τῶι Ἀπόλ̣λ̣ωνι τῶι Νασιώται τιμᾶς ἀργυρίου δραχμᾶν χιλιᾶν· τὰν τι̣-
μὰν ἀπέχει πᾶσαν. [β]εβαιω[τὴρ κ]α̣τὰ τὸ σύμβολον Φίλιος Χαλειεύς. τᾶς ὠνᾶς τὸ ἀντίγ[ρα]-
φον φυλάσσοντι οἱ θεοκόλο[ι τοῦ] Ἀ̣πόλλωνος τ̣οῦ Νασιώτα Φι̣λ̣όξενος Νικία, Εὐχανδρίδας
Νικάνδρου Χαλειεῖς, ἐν δὲ Ἀμφίσσαι Ἀρίσταρχος Λαϊάδα. μάρτυρες Φιλόξενος, Νικ̣[ό]-
λαος, Πέτ̣[α]λος, ⟨Ν⟩ικόλαος, Θοφά̣ν̣ης, Ξενί[ας], Κ̣αλλιτέλης, Πολυξενίδας, Ἀλεξῖν̣[ος],
Ξενόσ[τρατο]ς̣.

A 2 [ἀνέθηκε]ν Boeckh, Ross.

B Suppl. Chandler || 2 fin./3 in. ἐ[πὶ Δη]|μιοργέοντος idem, ἐ[ν Αἰγίῳ δὲ δα]|μιοργέοντος Boeckh, reliqui, ἐ[πιδα]|μιοργέοντος Pomtow, quod supplementum iam Boeckh protulerat sed reiecerat, tamen probaverant Bergk et Ross (l. c. 11[4]) || 3 fin. Pomt., ἐπ[ειδὰν] Chandler, ἐπ[ειδὴ] Boeckh, reliqui || 9 fin. Αἰγ[ιέα] Chandler, Boeckh, Ross, Bechtel, Michel, Αἰγ[ιῆ] Dttb., Schwyzer || 13 fin. ὅσα[περ] Chandler, ὅσα Boeckh, Ross, Schwyzer, ὅσα [καὶ] Bechtel, Michel, Dttb.

C Suppl. Chandler || 1 in. μὲν ἐ]γ idem, Boeckh ('Fortasse etiam ἐν μὲ]γ Χαλείῳ scribendum est'), Ross, ἐν μὲ]γ Bechtel, reliqui || 2 med. ΑΙΡΑΣΤΥΩΝΟΣ Chandler (Boeckh, Ross), ΑΠΑΣΤΥΩΝΟΣ aut ΑΓΡΑΣΤΥΩΝΟΣ Roehl lapide examinato (*Beiträge zur griech. Epigraphik, Gymnasialprogramm Berlin* 1876 p. 5), Ἀγραστυῶνος Bechtel, reliqui (revera certa lectio in ectypo) || 5 med. [β]εβαιωτή[ς] Chandler, corr. Boeckh; Φίδιος Chandler, corr. Boeckh probante ectypo || 7 fin./8 in. Φιλόξενος Νικ[ία,]| Λᾶος Chandler (| – – λαος Boeckh, Ross), Νικ[ό]|λαος Bechtel, reliqui || 8 Πε[ρικ]λος Chandler, Πε . . . ⟨δ⟩ος Boeckh, Ross, Πέ[τα]λος Bechtel, reliqui probante ectypo; Ἰκόλαος Chandler, corr. Boeckh (N revera deest); Θοφά[νους] Chandler, corr. Bechtel probante ectypo; Καλλιτέλ[ου]ς? Πολυξενίδας Ἀλεξίν[ου] Boeckh, Ross || 9 in. Ξένος . . . . Chandler, Ξενόσ[τρατος] Dttb.

De origine lapidis vide quae Dittenberger ad IG IX 1, 330 adnotavit. 'Illuc [i. e. Sicyonem] vero facillimo negotio navi ex opposita sinus Corinthii ora, ubi situm erat Chalium, lapidem deportari potuisse luce clarius est'.

A V. 2 'Apollo sine dubio Νασιώτας *(C_4)* est', Dttb. ut iam Boeckh. — Litterarum formae etiam tertium a. Chr. saeculum prodere videntur.

B V. 2 Ξένων Χαλειεύς· '*Tout ce qu'on peut dire est qu'il a chance d'être postérieur à 166*', Lerat II 136. — De epidemiurgo apud Chalienses cf. Lerat II 120 (hoc loco supplementum Pomtowii reicit, sed aliter iudicat l. c. 213 s. v. Μίκκων). 3 Μίκκων Χαλειεύς· haud dubie idem atque Μίκκων Δωροκλέος Χαλειεύς, manumissor Delphis ἄ. Ἐμμενίδα = 163/2? (Daux, *Chron. delph.* L 36), *GDI* 1734 (Pomtow). 4 Ἀλκίθοος Αἰ-

γιεύς· probabiliter idem Ἄλκιθος Ξενοφῶντος Αἰγιεύς, legatus Achaeorum a. 169 a. Chr. (Polyb. 28, 12, 9. 19, 3), Dttb.

C V. 1 Κάρειος· de mensibus Chaliensium cf. Lerat II 173. 2 Ἀρίσταρχος Λαϊάδα (v. 7) Ἀμφισσεύς· pater est probabiliter Λαϊάδας Ἀριστάρχου Ἀμφισσεύς, manumissor Delphis ἄ. Αἰακίδα = 173/2 (Daux, *Chron. delph.* L 26), *GDI* 1856 (Dttb.), μάρτυς manumissionis Delphis ἄ. Κλέωνος = 168/7 (Daux, l. c. L 31), *GDI* 1777, et ἄ. Δεξώνδα τοῦ Δάμωνος = 151/149? (Daux, l. c. L 49), *GDI* 2279, custos pacti inter Drymios et Oetaeos brevi ante a. 160 a. Chr. facti, IG IX 1, 226 (Lerat II 208 s. v.). — Ἀγραστυών· secundus mensis, qui respondet Βουκατίωι Delphorum, cf. Lerat II 175. 3 ἐν Ἀμφίσσαι ἐνεργαζόμενος· *'un ,,commerçant" établi à Amphissa'*, Daux, *BCH* 1934, 159[1]. 4 De Apolline Nasiota cf. Lerat II 151 s. 5 Haud dubie τὸ σύμβολον non inter Eleos et Chalienses sed inter Amphissenses et Chalienses factum est (Daux l. c.). — Φίλιος (Λυκίνου, Pomtow, *Klio* l. c.) Χαλειεύς· idem βεβαιωτήρ manumissionis Delphis ἄ. Ἀριστίωνος = 134/3 aut 130/29? (Daux, l. c. L 65), *GDI* 2145, μάρτυς et custos manumissionis ibidem ἄ. Ἀμύντα = 139/8 ad 122/1 (Daux, l. c. L 64; 131—119, Klaffenbach, *Gnomon* 1938, 13), *GDI* 1693. 7/8 Alter ex Nicolais sine dubio Νικόλαος Τίμωνος Χαλειεύς, μάρτυς manumissionis Delphis ἄ. Εὐκλέος = 144/3? (Daux, l. c. L 51), *GDI* 2089, et ἄ. Ἀμύντα (vide ad v. 5), *GDI* 1693. — Πέταλος Χαλειεύς· archon 134/3 aut 130/29, *GDI* 2145 (cf. supra ad v. 5). — Θοφάνης· ad formam nominis cf. C. D. Buck, *The Greek Dialects* (1955) p. 41*f*. — Ξενίας (Χαλειεύς)· fortasse idem atque Ξενέας Χαλεεύς, μάρτυς manumissionis Delphis ἄ. Ἀμύντα (vide ad v. 5), *GDI* 1693 (Lerat II 99).

Prosopographia docemur titulum post medium saec. II a. Chr. exaratum esse.

---

722 In oppido *Pentagioi* i. e. *Galaxidi* (cf. ad nr. 736) *'dans une Église Grecque'* lapidem viderunt J. Spon et G. Wheler; eum 'Pantheae in Graecia' inventum esse tradit Muratori; lapis hodie deperditus. Omnes priorum editiones exhibet Mommsen, CIL III 569.

I(ovi)· O(ptimo)· M(aximo)· res-
titutori
Auruntius
Novatus· p(osuit).

1/2 I.O.M | RESTITVTORI Muratori || 3 C. ARRVNTIVS idem || 4 fin. P omittunt Spon-Wheler, *Voyage* II 261.

V. 3 'Nomen certe corruptum est, sed cum certa emendatio nulla suppetat, hoc loco ut alibi passim simpliciter retinui quae traduntur', Mommsen.

Dedicationem rotulae aëneae cum titulo in curvatura inciso Apollini oblatam, quam edd. H. T. Wade-Gery, *Greek Poetry and Life (Essays presented to Gilbert Murray on his seventieth birthday), Oxford* 1936, 64[3]; L. D. Caskey, *Am. Journ. Arch.* 40, 1936, 310 s. nr. 5 cum phot., et quae *'is said to come from Galaxidi'*, potius Delphis tribuendam esse comprobavit J. Bousquet, *BCH* 80, 1956, 591 ss. (SEG 16, 336). Cf. etiam Lerat I p. XI et L. H. Jeffery, *The Local Scripts of Archaic Greece* (1961), 106 s.

TITULI SEPULCRALES

723 Basim rectiangulam, cuius in parte superiore exstat excavatio ad infigendam stelam destinata, et fragmentum huius stelae effodit a. 1940 in oppido *Galaxidi* J. Threpsiadis; et stela *(a)* et basis *(b)* inscriptae sunt. *'La stèle funéraire est au musée local. L'épigramme est remployée dans un mur de l'ancien lycée de filles'* (Lerat I p. VII, II 5 *c*), nunc *'dans la cour de cet ancien lycée (transformé aujourd'hui en cinéma), à gauche de la façade'* (G. Daux per epistulam). Edd. *BCH* 64/5, 1940/1 (1942), 247 (Peek, *Griech. Vers-Inschr.* I 175); *Arch. Anz.* 1942, 139; *Journ. Hell. stud.* 64, 1944 (1946), 91. Ectypum tituli *b* contuli. *Ect. b.*

a

s. III[1] a. Ἁρμοξένου.

b

τάνδε πατὴρ μάτηρ τε Ἁρμοξένου εἵνεκα τεῦξαν,
ὡς εἴη τέκνου μνᾶμα ἐπιγινομένοις.

V. 1 τάνδε i. e. stelam; εἰ⟨κόν⟩α pro εἵνεκα vult Peek, sed in basi stela, non statua fuit.

De saeculis IV/III cogitat idem, equidem priorem partem saec. III praefero.

---

724 Alta stela sepulcralis marmorea magno anthemio et duabus rosis supra titulum ornata, a. 1,90, l. 0,54, cr. 0,25, inventa in iaciendis fundamentis

ecclesiae S. Nicolai in oppido *Galaxidi* (Dodwell), postea inaedificata 'ὡς ἁπλοῦς λίθος εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ τοίχου τοῦ Ναοῦ τοῦ Ἁγίου Νικολάου πλησίον τῆς πρὸς Μεσημβρίαν Πύλης ἐμβαίνωντας εἰς τὰ ἀριστερὰ ἄνωθεν' (Δημήτριος Σύμου), nunc exstat ante ecclesiam prope angulum, qui inter meridiem et occidentem solem spectat. Inferior pars anthemii et duae rosae valde deletae. Litt. alt. c. 0,03; ΑΜΣΩ, formae pulchrae. Edd. E. Dodwell, *A classical and topographical tour through Greece during the years 1801, 1805, and 1806*, I (1819), 131; Th. S. Hughes, *Travels in Sicily, Greece and Albania*, I (1820), 397 (CIG I 1764; Le Bas-Foucart II 1017; *GDI* 1481; IG IX 1, 344). Exscripserunt etiam Δημήτριος Σύμου in epistula a. 1818, de qua vide lemma nr. 732, et L. Ross in diario suo a. 1834 p. 10. Cf. L. Lerat et F. Chamoux, *BCH* 71/2, 1947/8, 57; Lerat I 155 s. cum imag. phot. tab. XLVIII 4. Lapidem contuli.

s. III a. Κλεόδαμος.
Ξενώ.
[Δ]αμοτίμα.

Suppl. Boeckh. — Post miram tituli interpretationem duorum editorum, quos etiam Boeckh secutus est (ξένῳ pro Ξενὼ intellegebant), rectam primus dedit F. Bechtel, sc. stelam sepulcralem esse unius viri et duarum feminarum. — Litterarum formae saec. III a. prodere videntur.

---

725 Stela sepulcralis lapidis calcarii leucophaei cum aëtomate et acroteriis in oppido *Galaxidi* in domo, quam possidebat Nicolaos Castellos, a. 0,79, l. 0,42 ad 0,455, cr. c. 0,10. Litt. alt. 0,032; Α, formae bonae. Edd. P. Perdrizet, *BCH* 20, 1896, 243 nr. 2; Dittenberger, IG IX 1, 337 ex apographo Lollingii. Lapidem contuli.

s. III a. Ἀγία.

---

726 Lapis calcarius leucophaeus, cui infra ipsum marginem superiorem incisa est inscriptio, inaedificatus ab exteriore parte in ecclesia S. Nicolai in oppido *Galaxidi* in angulo parietum orientalis et meridionalis. Lapidem non repperi, quia ecclesia annis 1897—1902 renovata est. Litt. alt. 0,035; formae pulchrae saec. III. Edd. P. Perdrizet, *BCH* 20, 1896, 243 nr. 1; Dittenberger, IG IX 1, 340 ex apographo Lollingii.

s. III a. Δαΐμαχος.

727 Stela lapidis calcarii leucophaei supra margine prominenti ornata, a. 0,59, l. 0,47—0,48, cr. 0,26. Infra titulos fuerunt duae rosae, nunc excisae, sed rosa in dextro latere angusto servata est. Stela a. 1933 in horto ecclesiae Ἁγίας Παρασκευῆς oppidi *Galaxidi* ante angulum ecclesiae, qui inter septentrionem et occidentem solem spectat, erat. Litt. alt. v. 1 c. 0,04, v. 2 c. 0,035; v. 1 ΑΣ, extremae hastae crassatae, bonae formae, v. 2 ΑΣ. Ed. Dittenberger, IG IX 1, 345 ex apographo Lollingii. Cf. Lerat II 11; Anna Morpurgo Davies apud Lilian H. Jeffery, Philol. 108, 1964, 215[1]; O. Masson, *Glotta* 43, 1965, 219 s. Lapidem contuli.

s. III a. Λαδίκας.
s. II a. Εὐκρατείας.

Cum Dittenberger eumque secuti alii (cf. Masson l. c. 220[1]) de una defuncta cum adiectivo patronymico cogitaverint, suo iure Lerat oblocutus est et titulos sepulcrales duarum feminarum agnovit. Quod diversae litterarum formae confirmant. Apparet alterum versum postea demum additum esse.

---

728 Stela lapidis calcarii cum aëtomate immissa terrae in fundo vacuo, qui est in oppido *Galaxidi* inter domos Metropuli et Blasopuli prope ecclesiam S. Ioannis, a. (supra solum) 0,47, l. 0,50, cr. 0,20. Infra ultimum versum duae rosae. Litt. alt. v. 1 c. 0,025, v. 2 c. 0,02, v. 3 c. 0,025, v. 4 c. 0,02; v. 1 ΑЄ, formae malae, v. 2 ΑЄΣ, v. 3 Α, v. 4 ΠΣ, formae neglegentissime incisae. Ed. N. G. Pappadakis, Δελτ. VI 1920/1 (1923) παρ. 149 (SEG III 430). Cf. Lerat I 156[4]. Lapidem contuli.


s. I a. Εὐτυχία χαῖρε.
s. III a. Ξεναί[ν]ας.
s. II a. { Νικαγόρα.
Πολύξας.

V. 2 Kla., Ξενα[γόρ]ας Pappadakis improbante lapide.

Versus hac serie exarati sunt: v. 2 (s. III a.), 3, 4 (s. II a.), 1 (s. I a.); vs. 2 et 3 videntur non satis deleti esse. — Ad nomen Πολύξα cf. nr. 734.

---

729 Tabula lapidis calcarii leucophaei a. 0,55, l. 0,44, cr. 0,15, quam Lolling ibidem vidit atque nr. 733. Ed. Dittenberger, IG IX 1, 347 ex apographo Lollingii. Frustra quaesivi.



s. III a. (?) Χαιρέας.
Δαμᾶ[ς].

Si delineatio accurata est, videntur duae manus distinguendae esse.

---

730 Fragmentum stelae sepulcralis lapidis calcarii cum aëtomate, quod vidit Perdrizet in domo oppidi *Galaxidi*, quam tum possidebat Κυριακὸς Καλμουκός, a. 1933 Ἑκατερίνη Σακελλαρίου. Litt. alt. 0,03; ΑϹѠ. Ed. P. Perdrizet, *BCH* 20, 1896, 243 nr. 3 (IG IX 1, 1073). Frustra quaesivi.

s. III/II a. (?) Δίωνος.
[Ἁγί]α(?).

Suppl. Perdrizet.

---

731 In oppido *Galaxidi 'on a rough old stone'*, Sir William Gell (1812/3). Ed. R. P. Austin, *Ann. Brit. Sch.* 27, 1925/6, 78 nr. 30 ex Gellii commentariis. C (Austin). Frustra quaesivi.

post s. III a. (?) Διονύσου.

Probabiliter titulus sepulcralis. Nomen Διόνυσος, si lectio recte se habet, homini datum ante aetatem quam vocant Hellenisticam non occurrere videtur.

---

732 Tabula lapidis calcarii leucophaei dextra mutila, quam in oppido *Galaxidi* 'χρησιμεύουσαν διὰ παραστάτης ἀριστερὸς τῆς θύρας τοῦ οἴκου Ἀνδρέου τινὸς Μποροδήμου ἐμβαίνωντας' vidit Δημήτριος Σύμου, ut refert in epistula quadam data Γαλαξίου 14. XI. 1818, asservata in schedis Academiae. Lapis postea evulsus et in tres partes dissectus est. Partem *a* = vs. 1—4 viderunt in eadem domo Lolling et Perdrizet inaedificatam ad scalas, equidem a. 1933 inaedificatam in muro aulae probabiliter eiusdem domus, quam tum possidebat Γεώργιος Γούναρης; partem *c* = vs. 6—7 vidit Lolling inaedificatam ad angulum orientalem et septentrionalem domus Borodemi, equidem a. 1933 inaedificatam a sinistra portae domus Gunaris; pars *b* = v. 5 nunc deperdita. Frg. *a* a. 0,295, l. 0,33, supra fascia leviter elata, in qua v. 1 exaratus est; *c* a. 0,30, l. 0,315, supra recisum. Litt. alt. v. 1 0,04, vs. 2—4 0,035, vs. 6—7 0,035—0,04; ΑΘΜΠΣΩ et Ѡ. Totum titulum tunc servatum exscripsit Δημήτριος Σύμου in epistula supra commemorata; edd. partem *a* P. Perdrizet, *BCH* 20, 1896, 243 nr. 4; Dittenberger, IG IX 1, 341 ex apographo Lollingii; partem *c* Dittenberger, l. c. 336 ex apographo eiusdem. Partes *a* et *c* contuli, *b* frustra quaesivi.

s. II a. Ἑρμιόνη χ[αῖρε]. *a*
Βρεισηῒ χ[αῖρε].
Ἀγαπήνω[ρ]
χαῖρε.
Ἔρως χα[ῖρε]. *b*
Ἀγάθων χ[αῖρε]. *c*
[Π]οντηΐα χ[αῖρε].
vac.

Suppl. Dttb. — Litteras linea subscripta insignitas, quae hodie non iam exstant, habet Δ. Σ. || 1 Ερμιονηι Χ idem, sed diffido lectioni, cuius causa probabiliter sequens vocativus Βρεισηῒ fuit.

Nomina non uno eodemque tempore inscripta esse docet litteratura. Series videtur haec esse: vs. 2 et 3, v. 1, vs. 6 et 7; de v. 5 non constat. Quod Lerat II 18 s. nonnulla servorum nomina esse putat, mihi non probatur.

---

733 Stela sepulcralis lapidis calcarii leucophaei ornata aëtomate et acroteriis, fracta in duas partes, quam inaedificatam vidit Lolling in maceria vineae, cuius domini tum erant Euthymios Levantis et Ioannis Kyriakis, qui et Phaleas, sitae in regione *Kanapitsa* proxime oppidum *Galaxidi*, ubi frustra quaesivi. Litterae Α et Α (Dttb.). Ed. Dittenberger, IG IX 1, 342 ex apographo Lollingii.

s. II a. (?) Εὐτείχα
χαῖρε.

De nomine Εὐτείχα cf. Bechtel, *H. P.* 420. — 'Lapidem, priusquam hic titulus incideretur, inscriptum fuisse tenuia quaedam litterarum vestigia indicant', Dttb.

734 In oppido *Galaxidi*. Ed. Th. S. Hughes in libro in lemmate nr. 724 citato p. 396 s. (CIG I 1765; Le Bas-Foucart II 1018; *GDI* 1482; IG IX 1, 346). Ut iam Lolling frustra quaesivi.

s. III—I a. (?) Πολύξα χαῖρε.

'Videtur hoc nomen hypocoristicum a Πολυξένα formatum esse', Dttb., cf. etiam Bechtel, *GDI* l. c.

---

735 Tabula lapidis calcarii leucophaei a sinistra fracta, a. 0,54, l. 1,33, inserta solo ante portam ecclesiolae Ἁγίας Τριάδος, quae est sita in colle fere dimidiae horae spatio meridiem et occidentem solem versus ab oppido *Galaxidi*. Lapidem in proxima vicinia inventum esse Lollingio affirmatum est. Pars antica tabulae obiter modo laevigata est. Litt. alt. 0,10, interv. vers. 0,085; formae pulchrae. Ed. Dittenberger, IG IX 1, 339 ex apographo Lollingii. Lapidem contuli.

s. II/I a. (?) [– – – – Βρ]αχύλλου
[ἐτῶν] λ'.

Suppl. Dttb. || 1 Βακ]χύλλου Oldfather, *RE Suppl.* III 194.

---

736 'In Achaia apud Cirram maritimam Civitatem Phocidis, quam Anconem Pentagiosque vocant', i. e. in oppido *Galaxidi* (cf. infra), vidit Cyriacus. Edd. (C. Moroni), Epigrammata reperta per Illyricum a Cyriaco Anconitano apud Liburniam (c. 1660), p. VIII nr. 63; L. A. Muratori, Novus thesaurus III (1740), p. MDCXXXVI nr. 2 e schedis Barberiniis Cyriaci (cf. lemma nr. 627) (CIG I 1762; Le Bas-Foucart II 1014; *GDI* 1483; IG IX 1, 338). Frustra quaesivi ut iam Lolling.

Ἀρχεδάμου.
Θαυμαρέτα χαῖρε.

Oppido *Galaxidi* saec. septimo decimo per triginta annos nomen Πεντάγιοι fuisse docet Χρονικὸν ἀνέκδοτον Γαλαξειδίου, quod a. 1703 monachus Εὐθύμιος (monasterii τοῦ Ἁγίου Σωτῆρος proxime oppidum siti, nunc plane deleti) conscripserat, K. Sathas a. 1864 publicaverat, cf. Lerat I 151. 152[1].

---


737 'Alius lapis', quem ibidem atque nr.736 vidit Cyriacus. Edd. (C. Moroni), Epigrammata reperta per Illyricum a Cyriaco Anconitano apud Liburniam (c. 1660), p. VIII nr. 64; L. A. Muratori, Novus thesaurus III (1740), p. MDCXLIX nr. 14 ex suis schedis (cf. ad nr. 760) (CIG I 1763; Le Bas-Foucart II 1015; *GDI* 1484; IG IX 1, 343). Lolling et ipse frustra quaesivimus.

Καλλικράτεος.
Καλλιστῶς.

V. 2 ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ Muratori. — Probabiliter vir et uxor.

---

738 PONDUS. A. 1934 Athenis in Museo Nomismatico (inv. nr. 323), *'nicht sicher in Lokris gefunden'*, Pernice. Quadratum aëneum a. et l. c. 0,04, cr. 0,007—0,008; pondo pendet 100,51 gr. Titulus litteris elatis expressus; pars antica et postica multa foramina eaque minima praebent. Litt. alt. v. 1 et 3 c. 0,01, v. 2 0,015. Ed. E. Pernice, *Griech. Gewichte* (1894), 67. 180 nr. 700. Delineavi.



s. V a. Χαλ-
Τ
έων.

'Das Τ *in der Mitte kann entweder* τέταρτον *bedeuten und wir erhalten dann eine Mine von 402,04 gr., die sich unter Anrechnung des Verlustes der attischen Mine nähert, oder* τρίτον, *womit sich eine Mine von 301,53 gr. ergiebt'*, Pernice.

Litteratura videtur saec. V a. indicare.

TITULI EXTRA CHALIUM INVENTI

739 *Delphis* (inv. nr. 3808). PACTUM INTER CHALIENSES ET TRITENSES. Ed. G. Daux, *BCH* 46, 1922, 449 ss. nr. 2 (SEG II 293). Cf. O. Schulthess, *RE* XV 2108 s. nr. 5; Lerat I 52[1] (SEG XII 232). II 84 s. Lapidem contuli. *Ect.*

fin. s. IV/in. s. III *tres versus plane evanidi*

– – – – – –ΑΕ . . . . Ε –
– – – – – – – – ΛΩΝ –

– – ΟΙΣΤΟΥΛΕ –
– – – ΟΔΟΙΗΑΓ – δότω τᾶ[ς τι]μᾶς . .
– – – ΟΠΕΛ . . . . . c. 12 . . . . . ἐλαιῶν Χαλεε . . . c. 8 . . . τᾶ[ι π]όλει παρεχέτω κα̣[ὶ ἐ]ν Τριτέα⟨ι⟩ Χαλε-
– – – – ΔΕΙ . . . . . c. 12 . . . . . τᾶι πόλει τὰ τέλη, [κ]ομιζέσθω αὐτὸ[ς] ἐκ Τριτ[έ]α[ς] τὰν φοράν· τὰν δὲ γᾶν ἀνα-
– – – – ΝΤΙΜ . . . . c. 11 . . . . \ωι δόμεν, εἴ κα μὴ αὐτὸς σπείρηι ἅμ[α] τῶι παρέχοντι τὰν γᾶν· τὰν δὲ γᾶν
– – – – – ΙΑΓ . . . c. 9 . . . . \ ἀμπέλους ἐπιτομὰ ἔστω, οὗ κα τὸ χωρίον ἧι. μάρτυροι Δελφοὶ Ἐχέμμας
– – – – – ΛΑΣ . . . 7 . . . \ Ἀριστόμαχος Χαιρεφάνεος, Ἀναξανδρίδας Ἀριστομάχου, Ἀρχέλας Κρίτω-
[νος – –]Ε̣ΝΩΝ . . . 6 . . . ος, Ἀριστίων Ἐχεκρατίδα, Ζακύνθιος Ἀγαζάλου. τὰν ὁμολογίαν ἔθεντο
– – – – – – – πό[λι]ος πεμφθέντες Ἀρχαγόρας Δαμοξένου, Δαμόξενος Ξενοδάμου Χαλειεῖς· Τριτέων
– – – – – – – σ̣τέα, Εὐνομίδας Πλειστέα. *vacat*
vacat

Large et copiose supplementa protulit W. Crönert SEG II 293, quorum non nisi probabiliora afferimus || 8 τ]ὸ πέλ[εθρον· τὸ δὲ τέλος τῶν] ἐλαιῶν [Χ]αλεε[ὺς Τριτέων] τᾶ[ι π]όλει παρεχέτω Crönert sed in initio iusto longius || 8 fin. Κλ[έω]ν Τριτέα Χαλε|[ιεύς dubitanter Daux, corr. e lapide (ΤΡΙΤΕΑ) Lerat et Pouilloux || 9 in. εἰ] δέ κ̣[α πάντα ἀποδῶι] τᾶι πόλει τὰ τέλη Crönert || 9 med. ΑΥΤΟ . ΕΚΥΡΙ (vel ΣΚΥΡΙ vel ΕΧΥΡΙ) . . . τὰν φοράν Daux, corr. e lapide Lerat et Pouilloux || 10 in. ἄλ]λωι Crönert || 10 med. ΛΛΟ Daux, ἀ̣λ⟨λ' ἤ⟩ Crönert, corr. Kla. e lapide || 12 in. Ἀγέ]λας Crönert || 14 in. [οἱ ὑπὸ τᾶς] idem, [οἱ ὑφ' ἑκατέρας] Hondius || 15 in. Ἀ]σ̣τέα Crönert.

'Pactum inter Triteenses et Chaleenses de agrorum locatione, i. e. quibusnam condicionibus Chaleenses ab alterius urbis civibus — quos confines fuisse hoc tit. discimus — fundos possint conducere' (Crönert). Sed singula satis obscura sunt.

V. 11 ἐπιτομά· 'Quid sibi velit „incisura esto, quocumque loco vinea sita est" non liquet, nisi forte de scrobibus ad vites serendas effodendis res est', Crönert. Sed mihi potius intellegendum videtur: 'ius vitium amputandarum esto eius, cuiuscumque fundus est'. — Ἐχέμμας Δελφός· ter βουλευτής inter annos 315—280 ἄ. Τιμοκράτεος, Ξενοχάρεος, Κλεοβούλου (Daux, *Chron. delph.* F 3, F 6, F 9). 12 Ἀριστόμαχος Χαιρεφάνεος Δελφός· invenitur Ἀριστόμαχος ΧΛΙ, βουλευτής ἄ. Διοδώρου = c. 315—280 (Daux, l. c. F. 23), *FD* III 1, 171, sed J. Bousquet de lectione ΧΛΙ dubitat, cf. *BCH* 1956, 562[1]. — Ἀρχέλας Κρίτωνος Δελφός· exstat in rationum tabula senatus Delphorum ἄ. Χαριξένου = 326/5 (P. de La Coste-Messelière, *BCH* 1949, 236), *FD* III 5, 20_{27}. 13 Ἀριστίων Ἐχεκρατίδα Δελφός· manumissor Delphis ἄ. Μελισσίωνος = 177/6 (Daux, l. c. L 22), *GDI* 2236, et ἄ. Ἀρχελάου τοῦ Δαμοσθένεος = 175/4 (Daux, l. c. L 24), *GDI* 1866. — Ζακύνθιος Ἀγαζάλου Δελφός· Ζακύνθιος (sine patronymico) ter βουλευτής inter annos 315—280 ἄ. Ἡρακλείδα, ἄ. Κρίτωνος, archonte ignoto (Daux, l. c. F 21, F 30, F 34). Pater fortasse βουλευτής ἄ. Ἀρχιδάμου = paucis annis ante 280 a. (J. Bousquet, *BCH* 1958, 89), *FD* III 1, 188. 14 Ἀρχαγόρας Δαμοξένου Χαλειεύς· cf. cognominem epidamiurgum nr. 740_{35} (c. a. 218/7).

Quod ad aetatem tituli attinet, Daux litteraturam medio fere saec. III a. dubitanter sane tribuit, prosopographia ambigua est, sed iure suo ut videtur Lerat plura priora indicia praefert atque ita de pacti tempore censet: '*Celle-ci semble à dater, au plus tard, du premier tiers du III[e] siècle et pourrait appartenir encore aux dernières années du IV[e] siècle*'. Tum sumendum est Aristionem Echecratidae f. Delphum (v. 13) cognominem nepotem habuisse.

---

740 *Delphis* (inv. nr. 1407 et 1209). DECRETUM CHALIENSIUM IN HONOREM ARISTODAMAE SMYRNAEAE POETRIAE FACTUM. Edd. inv. nr. 1407 H. Pomtow, *Klio* 18, 1922, 292 s. nr. 217; inv. nr. 1407 + 1209 G. Daux, *BCH* 46, 1922, 445 ss. nr. 1 (SEG II 263) et *FD* III 3, 145 cum imag. phot. (fig. 12). Cf. A. Wilhelm, *Öst. Jahresh.* 24, 1929, 166. Lapidem a sinistra difficilem lectu et ectypum multifariam contuli. *Ect.*

col. sinistra

a. 218/7 (?) [ἀγαθᾶ]ι τύχαι. [ἐπὶ ἄρχοντ]ος Στρατονίκου
[ἔδοξε] τᾶι πόλει τῶν [Χαλειῶ]ν· v ἐπειδὴ
[Ἀριστοδ]άμ[α Ἀμ]ύντα Ζμυρναί[α] ἀπ' Ἰωνίας

[ἐπέωμ] ποιήτρ[ια] παρα[γε]νομ[έν]α πλει-
. . .c. 6. . . Π . . c. 5. . ΞΑΙ . Ι◠ . . c. 5. . ΤΟΙ . . \ΙΟΝ
. . . . . c. 10. . . . ◠Ν . . ΑΙ . . Ρ . Ε . ΥΕΤΟ . . . .ιΟΥΣ
. . . . . c. 10. . . . ΝΟ . . c. 5. . Τ . . ΛΙ . Ξ . . c. 6. . ΓΑΣ
. . . . . c. 10. . . . ΙΦ . . . c. 8. . . . Ι . ΙΟΙ . Τ . . . c. 7. . . Ι
. . . . . c. 12. . . . . Α . . καὶ τῶν προγόνων τῶν τᾶς
[πόλιος ἁμῶν] μνάμαν ἐποιήσατο· v ὅπως οὖν
[φαινώμεθα τι]μέοντες αὐτὰν κατὰ τὸ ποθῖκον,
[ἐπαινέσαι αὐτὰν] ἐπί τε τᾶι εὐσεβείαι, ἇι ἔχει ποτὶ
[τὸν θεόν, κα]ὶ τᾶς ποτὶ τὰν πόλιν εὐνοίας
[ἕνεκα καὶ στ]εφανῶσαι αὐτὰν δάφνας [ἱε]ρᾶ[ς]
[στεφάνωι τᾶ]ς παρὰ τοῦ θεοῦ, καθὼς πάτριόν ἐστι
[Χαλειέοις· τὰ]ν δὲ ἀναγγελίαν ποιήσασθαι
[τοῦ στεφάνου] ἐν τᾶι παναγύρει τῶν Ποιτρο-
[πίων· πέμπε]σθαι δὲ αὐτᾶι καὶ ἀπὸ τᾶς
[πόλιος ἁμῶν γέρ]ας παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος

col. dextra

ἐκ τᾶς θυσίας μερίδα [κρεῶν ἐπὶ τὰν ἑστίαν ἐν]
Ζμύρναν· εἶμεν δὲ αὐτὰν [πρόξενον καὶ εὐεργέτιν]
τᾶς πόλιος· v δεδόσθαι δὲ αὐ[τᾶι παρὰ τᾶς πόλιος]
καὶ τοῖς ἐγγόνοις αὐτᾶς καὶ γ[ᾶς καὶ οἰκίας]
ἔγκτησιν καὶ ἀτέλειαν vv κα[ὶ ἀσυλίαν]
καὶ πολέμου καὶ εἰράνας κατὰ [γᾶν καὶ κατὰ]
θάλασσαν v καὶ τἆλλα πάντ[α, ὅσα καὶ τοῖς]
ἄλλοις προξένοις καὶ εὐεργέτ[αις ὑπάρχει]·
ἀποστεῖλαι δὲ αὐτᾶι καὶ ξένια [ἀπὸ δραχ]μᾶν
ἑκατόν· v ὑπαρχέτω δὲ καὶ Διον[υσίωι τῶι]
ἀδελφεῶι αὐτᾶς προξενία, πο[λιτεία, ἀ]τέλεια·
ὅπως δὲ καὶ πάντοις φανερὸν ἦι τ[οῖς ἀφικνε]ιμένοις
ποτὶ τὸ ἱερόν, ὅτι ἁ πόλις τῶν Χαλ[ειέων π]ερὶ πολλοῦ
ποιεῖται τὸ τιμῆν τοὺς λέγειν ἢ γράφ[ειν] περὶ τοῦ θεοῦ
προαιρειμένους, τὸ ψάφισμα τόδε [ἀναγρ]άψαι τὸν
ἐπιδα[μι]οργὸν Ἀρχα⟨γ⟩όραν μετὰ το[ῦ γραμ]ματέος
Φιλίου κ[αὶ] ἀναθέμεν τὸ μὲν πα[ρὰ τὸν] ναὸν
τοῦ Ἀπό[λλ]ωνος τοῦ Νασιώτα, v τὸ [δὲ ἐν Δ]ελφοῖς.

Suppl. pleraque Daux, nonnulla etiam Pomtow || 5—8 lectiones suas incertas esse Daux ipse affirmat atque revera paucae tantum in lapide vel ectypo recognosci possunt; 4/6 fortasse πλεί|[ονας ἐπιδείξεις ἐποιήσα-τ]ο τῶν [ἰ]δίων | [ποιημάτ]ων, ἐν οἷς περί τε τοῦ γένους idem coll. IG IX 2, 62_4 s. || 17 in. Pomt., τὸν ἱεροκάρυκα Daux || 20 fin. [ἐπὶ τὰν ἑστίαν αὐτᾶς ἐν] Wilhelm l. c. || 24 fin. Pomt., ἀσυλίαν καὶ ἀσφάλειαν Daux iusto longius || 27 fin. Pomt., τᾶς πόλιος add. Daux iusto longius || 35 med. ΠΟΡΑΝ in lapide || 36 in. Pomt., [Φ]ιλίου {Γ.} [καὶ] Daux.

V. 3 Eadem femina a Lamiensibus a. 218/7 honorata est (IG IX 2, 62 = Syll.[3] 532). Probabilissimum autem est de una eademque peregrinatione, quam artis suae causa haec poetria per Graeciam susceperat, agi. 17 Ποιτρόπια· cf. Lerat II 152. 18 ss. De hoc more cf. Daux, *BCH* l. c. 448 s.; L. Robert, *Rev. Phil.* 1927, 123 s. 35 De epidemiurgo apud Chalienses cf. ad nr. 721 B_2. Ἀρχαγόρας Δαμοξένου Χαλειεύς nr. 739_{14} priori tempori attribuendus videtur. 36 Φίλιος· eius nepos fortasse Φίλιος Χαλειεύς nr. 721 C_5, certe non idem, ut Pomtow putaverat. 37 De Apolline Nasiota cf. Lerat II 151 s.

XIV. HYPNIA

Nomen: Ὑπνία.

Situs: *Kolopetinitsa.*

Cf. Lerat I 32. 167ss. 211.

741 STELA SEPULCRALIS. Lapis ut dicitur conglomeratus in formam pyramidis redactus, cuius basis est l. 0,47, latera 0,87; inventus prope vicum *Kolopetinitsa* in vineto quodam sito a dextra viae, quae ad vicum *Itea* ducit. In fronte stelae planities triangularis leviter excavata est, in qua titulus sursum litteris decrescentibus (0,10—0,05) incisus est. Edd. L. Lerat et F. Chamoux, *BCH* 71/2, 1947/8, 78 cum delineatione; Lerat I 168 cum imag. phot. tab. LIII 5 (SEG XII 269). Cf. L. H. Jeffery, *The Local Scripts of Archaic Greece* 1961, 105. 108, 1 (tab. 14, 1, cf. p. 403). Non vidi. [Cf. add. p. 125]

s. VI a. Ψ Α Ρ Ι Λ Α Ο Σ

Χαρίλαος.

Anno c. 525 (?) titulum vindicat Jeffery l. c.

---

742 CARMEN (?). Lapis calcarius leucophaeus a. 0,86, l. 0,48, cr. 0,35, inventus in vinea, cuius dominus fuit Lukas Ketéas, iuxta ecclesiam Panagiae in vico *Kolopetinitsa*. Viderunt et exscripserunt Lolling et P. Jamot, frustra quaesivit Lerat. Ed. Dittenberger IG IX 1, 320 ex apographo Lollingii (infra reddito). Apographum, quod confecit Jamot, misit A. Plassart.

s. IV a.

Ε Κ Τ Α Σ Α Ι Μ
Μ /// Σ Ι Υ Γ Ι Α
\ /// Γ Ι Θ Μ Α Τ
Λ Η ⌒ Υ Ρ
Ι Χ Ε Ι
Γ Λ Υ
Η Μ Ι
Α Ι Ε Ν
Ϝ Υ Σ Τ Ϝ
Ι Τ Α Σ
Σ Ι Σ
Σ Τ Υ
Δ Ε Κ
Ρ Ε Σ
vacat

Lolling plenius apographum praebet, a quo Jamot his quoque differt: v. 2 ΣΤΥΓΙΑ, v. 3 ΓΙΘΜΑΣ, v. 4 ΘΟΥΡ, v. 6 ΠΑΟ, v. 8 ΑΙΓΑ.

'De restituendo monumento, cuius argumentum satis memorabile fuisse videtur, desperandum est, praecipue quia aut utrimque aut certe a dextra scripturam in alio lapide attingente continuatam fuisse apparet; etenim neque vs. 1 et 2 neque 2 et 3 nulla alia littera interposita coniungi possunt. Vel singillatim nihil certi dispicitur nisi paucissima: vs. 1 ἐκ τᾶς αἰμ[ασιᾶς]; vs. 2 – – μ[ᾶ]ς ζυγία; vs. 3 ἴθματ[α]; vs. 4 fortasse θύρ[α]; vs. 7 ἡμι – –. Ceterum scriptura titulum quarto a. Chr. n. saeculo exaratum probat', Dttb.

Probabilissimum videtur haec de carmine quodam superesse.

INCERTA

743 Tabula lapidis calcarii undique praeter dextram partem mutila et in superficie admodum detrita, a. 0,50, l. 0,16, inventa prope vicum *Kolopetinitsa*. Viderunt Lolling et P. Jamot inaedificatam in ipso vico ad scalas externas domus Eliae Daniska, frustra quaesivit Lerat. Ed. Dittenberger IG IX 1, 325 ex apographo Lollingii (infra reddito). Exemplar apographi, quod Jamot habet in commentariis suis, misit A. Plassart.

Ε Α Ν
Ν Α Μ Ε Ι
Σ Γ Α Ε 8 Σ

'Vs. 2 [δυ]νάμει fuisse videtur. Reliqua obscurissima', Dttb. Duas ultimas litteras vs. 3 fortasse ψ interpretandas esse putat F. Sommer, sumens a dextra alteram tabulam excepisse, cf. *SB Ak. Mün-*

chen 1930, 1, 18. Differt autem apographum, quod habet Jamot, hisce: v. 2 AMEK, v. 3 ΣΠΑRΡΟΚ; praeterea quartum versum addit maioribus litteris scriptum: ΓΕΔΑ. Omnia igitur plane incerta.

744 Tabula lapidis calcarii supra fracta a. 0,48, cr. 0,16, quam in vico *Kolopetinitsa* inaedificatam eodem loco atque nr. 743 viderunt Lolling et P. Jamot, frustra quaesivit Lerat. Titulus exstat in latere angustiore lapidis. Ed. Dittenberger IG IX 1, 329 ex apographo Lollingii (infra reddito). Exemplar apographi, quod Jamot habet in commentariis suis, misit A. Plassart.

s. VI a. (?)



Apographum, quod Jamot habet, fere idem. Obscurum.

745 '*Kolopétinitza. — Longue dalle de pierre brute servant de montant à la porte de l'Eglise* Παναγία Ζωοδόχου Πηγῆς' P. Jamot in commentariis suis itineris a. 1888 facti.

ΟΜΑVΤΟΙ

Nequaquam indicatum est, num integer sit titulus. Haud igitur sine summa dubitatione conieceris de stela sepulcrali agi et utcumque nomen Ἔμαυτος latere; de hoc nomine cf. O. Masson, Philol. 110, 1966, 247 s.

XV. MYANIA

Nomen: Μυανία, Μυονία, Μυωνία.

Situs: *Hag. Efthymia.*

Cf. Lerat I 36 ss. 79 s. 169 ss.

TITULI SEPULCRALES

746 Pars superior stelae sepulcralis lapidis calcarii cum aëtomate a. 0,31 + x, l. 0,67, cr. 0,05. Vidit a. 1938 Bousquet in vico 'Αγία Εὐθυμία in domo, quam possidebat Ἰωάννης Κ. Γλίμις, non repperit Lerat. Litt. alt. 0,025—0,03; Α Μ Σ. Commemoravit J. Bousquet, *BCH* 64/5, 1940/1, 99²; ed. Lerat I 80 ex apographo, quod fecit Bousquet (SEG XII 268 *a*).

s. III/II a. Τειμοδάμας.

747 Pars superior stelae lapidis calcarii cum aëtomate prominenti mutilo, a. 0,49, l. 0,385, cr. 0,15, inventa in fundamentis domus, quam in vico 'Αγία Εὐθυμία possidebat Δρόσος Γ. Λαλᾶς, ubi a. 1939 vidit Bousquet, non repperit Lerat. Litt. alt. 0,03; Α Δ Μ Σ, v. 4 ab altera manu ut videtur exaratus. Commemoravit J. Bousquet, *BCH* 64/5, 1940/1, 99²; ed. Lerat I 80 ex apographo, quod fecit Bousquet, cum imag. phot. tab. LVIII 2 (SEG XII 268 *b*).

s. II a. Εὐκλείδας,
Δάμαρχος
χαίρετε.
Ναυχώ.

Duo prima nomina Myaniae nota esse adnotat Lerat. Occurrunt enim Εὐκλείδας Μυανεύς, μάρτυς manumissionis Delphis ἄ. Πατρέα τοῦ Ἀνδρονίκου = a. 157/6 (Daux, *Chron. delph.* L 42), *FD* III 3, 9, et Δάμαρχος Εὐτυχίδα Μυανεύς, βεβαιωτήρ manumissionis ibidem ἄ. Μαντία τοῦ Πολύωνος = a. 180/79 aut 179/8 (Daux, l. c. L 20), *GDI* 2065 et in titulo inedito (M. Lejeune, *Observations sur la langue des actes d'affranchissement delphiques* 1939, 8[11]). Utique litterarum formae stelam supra positam saec. II a. tribuunt. — Ultimum nomen obscurum.

TITULI EXTRA MYANIAM INSCRIPTI

748 *Delphis.* MYANENSIUM ET HYPNIENSIUM SYMPOLITIA. Duo fragmenta *(a. b)* non contigua tabulae lapidis calcarii Delphis sub et in lapidibus viae sacrae prope 'venationem Alexandri' inventa, nunc in museo Delphico asservata. Fragmentum *a* (inv. nr. 7089) undique mutilum praeter latus sinistrum ut videtur, a. max. 0,165, l. max. 0,10, cr. max. 0,06; fragmentum *b* (inv. nr. 6365) undique recisum, a. max. 0,40, l. max. 0,64, cr. 0,24. Titulus valde detritus ideoque difficillimus lectu (*'cette inscription est une des plus difficiles de Delphes'*, Bousquet) per columnas iuxta positas exaratus est; servatae sunt partes trium columnarum, e quibus unam (I) praebet *a*, duas (II. III) *b*. Litt. alt. c. 0,007, interv. vers. c. 0,007; ΑΑΜΣ. Commemoraverunt P. Lemerle, *BCH* 62, 1938, 463; G. Daux, *BCH* 63, 1939, 167; Lerat I 26. 32. 37. II 88 s.; ed. J. Bousquet, *BCH* 89, 1965, 665 ss. cum imagg. phot. Lapidem *b* contuli. *Ect. b. Phot. b* (inutile).

a

c. 190 a. *col. I* . . . . ΝΟΔ –
. . Α̣ΝΑΠΟΔ –
[τ]οῦ λόγου Ι̣Ι̣ –
. . χος τοῖς ἐν το̣ –
. . ρας, ὁ δὲ ἄρχω[ν – – – – – – – – – – – – – – – – – – κ]-
[λαρ]ωσάτω δικασ[τήριον – – – – – – – – – – – – – – – –]
. . . ἀνδρῶν πε[ντ –]
. . λαχόντες –
. . ΤΑΤ ΩΝ –
[. . ε]ἰ δέ τίς κ[α –]
. . 5 . . ΗΤ⌒ –

b

col. II – – – – – – – – – – – – – – – Ο̣Ι̣ – – – – – –
[. . . . . 16 . . . . κ]αθὼς τοῖς Ὑπνι-
[έοις. . . . . . 12 . . . . . .]ΙΛ̣ . . . . αίου δόμε-
[ν. . . . . . 13–14 . . . . . .]Ι̣ ἐν Ὑπνίαι τᾶς χώρ-
[ας τα]ύτας δικαστήριον δότω ἁ πόλις
. 3–4 . ων τῶν ἀπολ[ει]πόντων ἐξ Ὑπνίας
[κὰτ] τὸ μέρος, καθὼς καὶ τᾶν θυσιᾶν μ̣ε̣τ̣-
[έ]χ̣οντι — κὰτ ταὐτὰ δὲ καὶ τὰν ἄσ̣π̣ορον ν-
[ε]μ̣όντων — κὰτ ταὐτὰ δὲ καὶ τὰς πρεσβεί-
ας, εἴ τοίς κα ἀποστέλλωντι, ἀποστελλ-
όντων — ἀρχὸν ἐξ Ὑπνίας κὰτ τὸ μέρος
ἐλέσσθ̣[ων] — εἰ δὲ μὴ διοικέοι τὰ τῶν πολ-
ίων, ποθελέσσθων ἀρχὸν ἐξ Ὑπνίας κ-
ὰτ τὸ μέρος — τοὶ δὲ ἄρχοντες τοὶ ἐν Ὑπ-
νίαι κατα[γραφό]ντων τοὺς στρατιώτα-
ς τοὺς ἐν Ὑπνίαι — ἐπεί κα πορεύωνται,
πορευέσσθων κὰτ τὸ μέρος, καθὼς καὶ τᾶν

θυσιᾶν μ̣ε̣[τέχ]οντι — σίταρχον δὲ λα[μ]βα-
νόντων κὰτ τὸ μέρος — τὸν δὲ ἰατρὸν καὶ τ-
οὺς ἄλλους δαμοσιεργοὺς ἐν Ὑπνίαι κατα-
στᾶ[σα]ι̣ τῶν αὐτῶν μισσθῶν, καθὼς καὶ πρό-
τερον Ὑπνιεῖς καθίσσταν — καθισστάντων
ἀ[μ]φότεροι — χωροφυλακεόντων δὲ τοὶ Μυ-
ανεῖς τὰν Μυα[νιάδα] — τοὶ Ὑπνιεῖς τὰν Ὑπνι-
άδα — τὰς σκοπιὰς καὶ τὰ ὅρια κοινᾶι ἀμφό-
[τ]εροι — τὸν δὲ στατῆρα μὴ ἐμφερόντων το-
[ὶ ἐν] Ὑπνίαι χωροφυλακέοντες μηδὲ τοὶ ἐμ Μ-
[υανία]ι — πρόβατα — ἑκατ[ερ . . . . 11—12 . . . .]

col. III -

. . . . ν̣ τᾶι προτέραι τα̣ς̣ . . . . . . 13 . . . . . .
ἑκατέρας — εἰ δέ τις τῶν προβατέων τ[ῶν χ]-
ρησαμένων τὰ πρόβατα ποτάγοι πρὸ τᾶ[ς λ]-
ώτιος, λωτίξας ἀπαγέτω — ὅσοι δέ κα τῶ[ν πρ]-
οβα vvvv τέων μὴ χρήσ[ω]νται τᾶι χώραι λω[τίζ]-
ο̣ν̣τ̣ε̣ς̣ τὰς πόκας, νέμ̣οντ̣ες ἐν τᾶι χώραι [α]-
ὐλιζόντω ἁμέρας δέκα — εἰ δέ τί κα τῶν δ̣ι[ο]-
ρθωμάτων τῶν ὕστερον ποτιφερομένω̣ν̣
τᾶς Πανκλέος ἀρχᾶς ἀμφίλλογον γίνητ-
αι, ἐπικριθέντων ἐν Αἰσχρίωνι, Ἀρχεστ[ρά]-
τωι Φυσκέοις — Κρατίνωι Τριτεῖ — Κ. . 5 . .-
μωι, Δαμοκλεῖ, Ἀρισστομάχωι Χα[λειέοι]-
ς — κρινόντων δὲ μὴ ἔλασσον τριῶ[ν — τῶν]
δὲ λόγων τῶν κατὰ μῆνα τιθεμέν[ων — ἐ]-
πεί κα λάβηι ὁ ἐγ Μυανίας βούλαρχο[ς παρ]-
ὰ τῶν ἐξ Ὑπνίας ἀρχείων τὰ ἀντίγ[ραφα κα]-
ὶ συνθῆι ἐν τὰ κιβώτια, ἐπιβαλλέτω τ[ὸν δα]-
κτύλιον ὁ ἐγ Μυανίας καὶ Ὑπνίας βούλ[αρχο]-
ς — κὰτ ταὐτὰ δὲ καὶ τοὶ ἐξ Ὑπνίας βούλα[ρχοι]
ἐπεί κα λάβωντι τὰ ἀντίγραφα παρὰ τοῦ [ἐγ Μυ]-
ανίας βουλάρχου καὶ συνθέωντι ἐν τὸ κιβ[ώτιο]-
ν, συνεπιβαλλέτω τὸν δακτύλιον ὁ ἐγ [Μυ]-
ανίας καὶ ἐξ Ὑπνίας βούλαρχο[ς . . . . 10 . . . .]
Ν τοὶ ἐξ Ὑπνίας ἐμ Μυανίαν [. . . . 9 . . . . — ὁ δὲ]
νόμος καὶ τὸ ψάφισμα τὸ τῶ[ν - - - - - - - - - - - - -]

– –

– –

– – – – – – – – – – – – – ΛΗΤ – – – – – – – – – – – – – – – – –

Exscripsit admirabili sane industria et patientia Bousquet, qui et supplevit, adiutus hic illic ab aliis (imprimis Claude Vatin), neque tamen lectio ubique certa est sed in coniectura posita atque complures loci suspicione non carent. Ipse per duos dies lapidem *b* perscrutatus nonnisi ea, quae supra lineis subscriptis insignivi, certa ratione legi et in me recipere possum || 6 vel δικασ[τάς] Bousquet || 24 an pro ἀρχόν potius ἄλλον legendum? Kla. || 33 καθίσταν Kla., fortasse falso || 34 in. pro ἀμφότεροι interdum legit Bousquet τοὶ Ὑπνιεῖς, quod magis arridet || 44 in. foramen lapidis || 63 in. ΩΤΟΙ Kla.

Exhibet tabula instrumentum, quo duo oppida Myanensium et Hypniensium (cf. c. XIV) se consociant atque ita quidem, ut utrumque oppidum suam civitatem et territorium retineat (vs. 34—36). Retinet etiam suum senatum magistratusque, sed insuper communes magistratus instituuntur velut ὁ ἀρχός, annuus et eponymus, et ὁ ἐγ Μυανίας καὶ Ὑπνίας βούλαρχος, unde iure conicias communem quoque senatum creatum esse. Excutiuntur quoque singulis mensibus in vicem rationes pecuniarum (vs. 52 ss.). Apparet autem ex ea ratione, qua communes actiones et electio magistratuum constituuntur, duos socios non in aequo esse sed proportionem quandam inter eos valere eandem, qua et sacrificiorum participes sunt. Probabiliter autem Myania oppidum et maius et gravius est et Hypnia id oppidum, quod ad illius ductum se applicare cupit. Atque revera ex eis, quae servata sunt, mea quidem sententia cognosci potest, quanta cura Hypniensium commodis serviatur. Quod autem ad tituli aetatem attinet, haec conventio ineunti fere saec. II a. Chr. assignanda est (cf. ad v. 50) atque probabilibus causis Lerat (II 89) coniecit eam et obsidionem, qua M'. Acilius Amphissam clauserat, inter se cohaerere.

Vs. 1—17 satis obscuri sunt, probabiliter propter incertam lectionem. 19 De iure incultam terram pascendi. 21 τοις indefinitum *(aliquo)*, quod Delphico adverbio οἷς *(quo)* respondet. 23 εἰ δὲ μὴ διοικέοι τὰ τῶν πολίων probabiliter non iudicium est sed ita intellegendum: 'sin autem res duorum oppidorum administrandi facultatem non habet (propter morbum aut quod hoc officium uni et soli gravius est)'. 26 Bousquet imprimis de mercennariis cogitat, id quod improbabile videtur vel propter impensas parvo Locrico oppido idcirco faciendas. 29 De sitarchia cf. A. Wilhelm, *Mélanges Glotz* II (1932), 904 s.; M.-Th. Lenger, *BCH* 80, 1956, 460. — '*Le verbe* λαμβάνειν *peut surprendre, mais la lecture est assurée*', Bousquet 674^3. 31 Ad vocabulum δαμοσιεργός cf. δαμοσιοργίαν Syll.^{3} 1009_{10} i. e. ius magistratibus aliisque reipublicae honoribus fungendi (Dttb.). 34 ἀμφότεροι vix credi potest, cf. supra adnotationem criticam. 37—39 Haec paragraphus non satis intellegi potest, quia de natura stateris non edocemur; haud dubie in tituli parte amissa de eo actum erat. 41—46 Hi quoque versus haud faciles intellectu sunt. Verba fiunt de pastoribus, qui ovium tonsuram (λῶτις, λωτίζειν) faciunt aut in terra quadam, quae probabiliter eadem atque ἁ ἄσπορος (v. 19) est, aut alibi sed tum in illa terra greges pascunt. De singulis vide commentarium editoris. 48 Παγκλῆς sc. primus ἀρχός sympolitiae probabiliter Myanensis fuit. 50 Ex arbitris unus notus est Κρατῖνος Τριτεύς, qui fuit hieromnemo Aetolorum ἄ. ἐν Δελφοῖς Δαμ – – = 215—205 (Daux, *Chron. delph.* K 10), Syll.^{3} 538 *A* (cf. Bousquet, *BCH* 1956, 558 ss.) et μάρτυς manumissionis Delphis ἄ. Διοδώρου τοῦ Μνασιθέου = 195/4 (Daux, l. c. L 4), *GDI* 1994; idem a. 191/0 fundo et domo suis Delphicis privatus est, *BCH* 1932, $4_{20.\ 79}$ (Lerat).

Ceterum adeas editoris commentarium copiosum.

---

749 *Olympiae.* DEDICATIO IOVI FACTA, saec. VI a. Chr. (?).

Myanenses Iovi clipeum, cassidem, ocreas Olympiae in Sicyoniorum thesauro dedicasse auctor est Pausanias VI 19,4 s. X 38, 8. Dedicationis titulus in clipeo inscriptus erat, τὰ δὲ ἐπὶ τῇ ἀσπίδι γράμματα παρῆκται μὲν ἐπὶ βραχύ, πέπονθε δὲ αὐτὸ διὰ τοῦ ἀναθήματος τὸ ἀρχαῖον. Cf. W. A. Oldfather, *RE* XVI 992.

XVI. AMPHISSA

Nomen: Ἄμφισσα (Ἄμφισα).

Situs: *Amphissa.*

Cf. Lerat I 15 ss. 78. 174 ss.

750 DECRETA HONORARIA CUM EPISTULA. Concavus lapis calcarius nigricans supra fractus, qui partem sinistram exedrae rotundae efficiebat; latus sinistrum titulum praebet, dextrum anathyrosin; infra a sinistra, antica, postica parte cymatium exstat; a. max. 0,87, l. ab interiore parte 1,18, ab exteriore 1,505, cr. 0,565. Inventus est lapis Amphissae in fundo Γ. Γιαλέσα, nunc Delphis in museo asservatur (inv. nr. 6960). Litt. alt. 0,01, interv. vers. 0,007; ΑΑΠΣ, extremae hastae crassatae. Edd. W. Vollgraff, *BCH* 25, 1901, 221 ss.; A. D. Keramopullos, Ἐφ. 1908, 159 ss. cum imag. phot. interpolata (Schwyzer 369). Cf. A. D. Keramopullos, Ἀθηνᾶ 16, 1904, 161; A. Wilhelm, *Beitr.* 149. 164; *Anz. Ak. Wien* 1924, 132 (SEG III 428); H. Swoboda, *Klio* 11, 1911, 450[1]; *SB Ak. Wien* 199, 2 (1924), 67[3]; Lerat II 84. 121 s. 126 cum parva imag. phot. inutili (I tab. LXIII 1). Lapidem contuli. *Ect.*

s. II[1] a. –
[– καὶ τἆλλα τίμια]
[π]ά[ντα, κ]α[θ]ὼς κ[α]ὶ τοῖς ἄλλοις προξένοις κ̣[αὶ εὐεργέταις]
[τᾶ]ς π[όλιο]ς ὑπάρ[χ]ει. βουλαρχέοντος Λυσιπόνου το[ῦ – – –]-
[. . . . ἔγγυοι] τᾶς προξενίας Λυσίπονος καὶ Χαρίξενο[ς].
[ἀ γ α θ] ᾶ ι τ ύ χ α ι.
[Ἀμφισσέ]ων [οἱ ἄρ]χοντες καὶ ἁ πόλις Σκαρφέων τοῖς ἀρχόντ[οις]
[καὶ τᾷ βουλᾷ] καὶ τᾶι πόλει χαίρειν· τῶν δεδομένων τιμίων ὑπὸ
[τᾶς] πό[λι]ο[ς] ἁμῶν Μηνοφάντωι Ἀρτεμιδώρου Μακεδόνι Ὑρκανίῳ
[τὸ ἀ]ντί[γ]ραφον ἐξαπεστάλκαμεν ποτὶ τὰν ὑμετέραν πόλιν,
[καθάπερ] καὶ αὐτὸς ὁ Μηνόφαντος ἁμὲ παρεκάλεσε. μηνὸς Ἀμ[ῶ]-
[νο]ς [ἕ]κτᾳ ἐπ' εἰκάδι. νομογράφων· ἐπειδὴ Μηνόφαντος Ἀρτεμιδ[ώ]-
[ρου] Μακεδὼν Ὑρκάνιος ἰατρὸς μεταπεμφθεὶς ὑπὸ τᾶς πόλιο[ς]
[μ]ετὰ πρεσβείας καὶ ἐργολαβήσας μόνος τὸ ἰατρικὸν ἔργον
[τῶ]ν ἀεὶ ἐμπιπτόντων ἀρρωστημάτων φιλοτέχνως ἐπιμελ[ό]-
[με]νος καὶ σπουδάζ[ω]ν κατὰ δύναμιν ἰδίαν μετὰ τᾶς τῶν θε[ῶν]
[εὐν]οίας σῴζειν το[ὺς] κινδυνεύοντας ἀνέγκλητ⟨ο⟩ς ἐγενήθη, τ[ὰν]
[ἐγχει]ρισθεῖσαν αὐτῷ πίστιν περὶ τᾶς κοινᾶς σωτηρίας ἐφ' ἴσου καὶ πο[θ']
[ἅπ]αντας εὐνοϊκῶς διαφυλάξας τάν τε κατὰ τὸν βίον ἀναστροφὰν
[πᾶ]ντα τὸν τᾶς παρεπιδαμίας χρόνον εὔτακτον καὶ σώφρονα παρέσχ[ε]
[κα]τὰ ἀξίαν τᾶς τε πόλιος καὶ τοῦ ἐπιταδεύματος, ἔτι δὲ καὶ τᾶς
[καθ'] ἑαυτὸν ἁλικίας, εἵνεκεν δὲ τῶν ποτιπεπτωκότων αὐτῷ π[αρὰ]
[τῶν] ο̣[ἰκεί]ων(?) χωρι[ζ]όμενος ἐκ τᾶς πόλιος ἁμῶν ἐποιήσατο πόθ[οδον]
[ποτὶ τὸ]ν δᾶμον ἀσπαζόμενος κοινῶς πάντας διελέγη τ[ε]
[μετὰ] πάσας εὐνοίας αὐτοῦ φροντίδα ποιήσασθαι τὰν κ[αθή]-
[κουσ]αν, δεδόχθαι τῷ δάμῳ· ἐπαινέσαι τε αὐτὸν ἐπὶ τ[ῷ . . c.6 . .]
[τ]ῷ ἐς δύ[ναμιν] καὶ δόμεν αὐτῷ συμπαραπομ[πο]ὺς ἀσ[τούς],
[ἵνα κομισθῇ(?) μ]ετ' ἀσ[φ]α[λ]είας, ἐν οὕς κα προαι[ρ]ῆται τόπους·
[ἐξαποστεῖλ]αι δὲ καὶ τᾶς δεδομένας αὐτῷ προξενίας τὸ ἀντίγρ[α]-
[φον τύχ]αι ἀγαθᾷ ποτὶ τὰν πόλιν τῶν Σκαρφέων, ἔ[τι δ]ὲ καὶ ποτὶ τὰ[ν]
τῶν Ὀπουντίων. vv Ἀμφισσεῖς ἔδωκαν Μην[οφ]άντῳ Ἀρτεμ[ι]-
[δ]ώρου Μακεδόνι Ὑρκανίῳ αὐτῷ καὶ ἐγγόνοις προξενίαν, ἰσο-

[πολι]τείαν, γᾶς καὶ οἰκίας ἔγκτησιν, ἐπινομία[ν] καὶ ἀσφάλει-
[αν πολ]έμου καὶ εἰράνας καὶ τἆλλα τίμια πάντα, ὅσα καὶ τοῖς ἄλ-
[λοις] προξένοις καὶ εὐεργέταις τᾶς πόλιος ὑπάρχει. βουλαρχέοντος
[᾿Α]ντιγένεος τοῦ Βίωνος. ἔ[γγυος . .ᶜ·⁵. .]ṭος . . ἀσω[νο]ς. *vac.?*

Suppl. Keramopullos praeeunte hic illic Vollgraffio, cuius vel falsas vel lacunosas lectiones omnes adnotare supersedi || 2/3 ᾿Αριστο|κλέα Vollgr., Keram. collato homonymo filio Lysiponi *GDI* 2223 || 6 καὶ τοῖς ξυνέδροις dubitanter Swoboda, *SB Ak. Wien* l. c., iusto longius || 8 ὑμετέραν Vollgr., lapis, ἡμετέραν Keram. per errorem, quem corr. Schwyzer || 15 ΤΩΣ lapis, corr. Keram. || 16 fin. idem de lectione dubitat, sc. utrum cum Vollgraffio legendum sit ΦΡΟ an ΠΟ, quod praetulit; in lapide ΠΟ dispexi || 17 fin. [παρὰ] Wilhelm, *Beitr.* 149, Schwyzer, at deest spatium || 18 ἐπιδαμίας Vollgr., Wilh. l. c., Schwyzer, παρεπιδαμίας Keram., lapis || 18/9 παρέσ[χε|το . . .]ν ἀξίαν Vollgr., παρέσ[χη|ται] ἀξίαν Wilh. l. c., Schwyzer, παρέσ[χε|τ]ο καὶ ἀξίαν Keram., adnotans: '῎Ισως ἐπὶ τοῦ λίθου κεῖται κατ' ἀξίαν', quod recepit, . . ⁻ΛΑΞΙΑΝ in lapide legi || 19/20 τὰ . . . . | – – [ἁ]λικίας Vollgr., τᾶ[ς | αὑτοῦ ἁ]λικίας Wilh. l. c., Schwyzer, τᾶς |[καθ'] ἑαυτὸν ἁλικίας Keram., equidem in lapide certo nihil nisi ΤΟ . ΑΛΙΚΙΑΣ agnovi, sed post O littera N probabilior quam Y et supplementum αὑτοῦ spatio multo brevius || 20/1 sic vel περὶ pro παρὰ Wilh., *Anz. Ak. Wien* l. c. *('Nachrichten über seine Angehörigen oder seitens dieser')*, π[ολ|λῶν πραγμά]των Keram., Schwyzer, iusto longius et in apographo Keram. exhibet: – – Ο(;) . . . ΩΝ, equidem litteram O non vidi || 23 fin. de Vollgraffii lectione ΚΟΙ – – dubitat Keram., qui nihil nisi K legit sicut ego quoque || 24/5 ἐπὶ τ[ῷ πόνῳ | τ]ῷ ἐ[ς] δύ[ναμιν] Keram. ('συμπλήρωσις ἀσυνήθης'), Schwyzer, vix probabiliter. An εὐνοεῖν? Kla. || 26 in. Kla., παραπέμψοντας αὐτὸν Keram., Schwyzer, quod spatium excedit || 34 fin. [Μν]άσω[νο]ς vel [Θρ]άσω[νο]ς Keram.

Continet titulus finem proxeniae cuiusdam decreti urbis Amphissae (vs. 1—3) et epistulam Amphissensium ad Scarphenses de medico Menophanto Artemidori f. Macedonis Hyrcanii datam additis rogatione νομογράφων et proxeniae decreto (vs. 5—34). Omnia autem uno eodemque tempore atque saeculi a. Chr. n. secundi parte priore lapidi inscripta esse e litteratura et nomine bularchi Lysiponi (cf. ad v. 2) apparet.

V. 2. 33 βουλαρχέοντος· sc. urbis Amphissae, cf. Keram. 188 ss., Lerat II 121 s. — Λυσίπονος· idem βεβαιωτήρ manumissionis Delphis ἄ. Μελισσίωνος = 177/6 (*GDI* 2027) et ἄ. Λαϊάδα = 170/69 (ibid. 1789); eius filii ᾿Αριστοκλέας, manumissor Delphis ἄ. Δάμωνος τοῦ Ξενοστράτου = 142/1 (ibid. 2223), legatus Delphis a. 119 (Syll.³ 826 E II 29) et a. 118 (ibid. I VII 7), et Δωρόθεος, μάρτυς manumissionis Delphis c. 108—100 (*GDI* 1931, cf. E. Rüsch, *Gramm. d. delph. Inschr.* I 96³). 7 Μακεδὼν ῾Υρκάνιος· de hoc ethnico et oppido, cui est nomen Hyrcanis, sito haud ita procul ab urbe Magnesia ad Sipylum cf. J. et L. Robert, Hellenica VI 16 ss. 9 ᾿Αμών erat ultimus mensis Amphissensium (= ᾿Ιλαῖος Delphorum), cf. Lerat II 175. — Dies probabiliter ad epistulam pertinet, non ad rogationem νομογράφων, Keram. 14/5 μετὰ τᾶς τῶν θε[ῶν|εὐν]οίας· cf. Wilhelm, *Beitr.* 164. 31 ἐπινομία· '*le droit de pacage sur les domaines publics*', L. Robert, Hellenica VII 157.

---

751 EPISTULA PROCONSULIS DECIMII SECUNDINI. Tabula lapidis calcarii caerulei supra et a dextra fracta a. 0,82, l. 0,54, cr. c. 0,21, quondam Amphissae in ecclesia τῆς Μεταμορφώσεως τοῦ Σωτῆρος, ubi eam integram atque pavimento ecclesiae insertam viderunt Cyriacus et Spon Whelerque, saepimento ecclesiae insertam atque supra truncatam Jamot et Perdrizet; postea in gymnasium Amphissae, ubi eam tunc etiam a dextra mutilam contuli, transportata est atque inde Delphos in museum (inv. nr. 6958). Litt. alt. 0,025—0,036, interv. vers. c. 0,007; litterae Latinae intermixtis Graecis (Є, Y). Priorum editiones huius tituli enumeratas habes apud Mommsenum CIL III 568 cf. p. 1317 et nr. 14203²⁵, qui primus verum textum constituit exemplis Cyriaci et Sponii Whelerique nisus et diversis lectionibus aliorumque temptaminibus diligenter allatis (Dessau 5794). Cf. P. Perdrizet, *BCH* 19, 1895, 391 nr. 6; Lerat II 111/2. Habui etiam apographum, quod fecit P. Jamot. Phot. apud Lerat I tab. LXIII 5. *Ect.*

s. IV p. Decim(ius) Secundinus
v(ir) c(larissimus) procons(ul) curat(ori)
et defens(ori) Amfissensium
salutem. ut memini, non
repurgari modo aquae d-
uctum, verum etiam indu-

ci aquam iusseram. confes-
tim igitur in veteres cister-
nas aqua ut semper cucur-
rerat inducatur, gratia-
s agente beatitudini tem-
poris et moderationi mea-
e Hesperio, quod fundus,
qui aquam publicam occ-
upavit, publicus non fit. sa-
ne ⟨ne⟩ similis interceptio ite-
rum fieri possit, in cisternis
ipsis lapideo titulo posito un-
de aqua veniat adscribite, u-
t nulla invadendi publicum
relinquatur occasio. memo-
res eritis perfecta haec
omnia ante diem decimu-
m kalendarum Ianuaria-
rum vos ad officium nun-
tiare debere. opto bene
valeatis.

Litteras, quas etiam in lapide a. 1933 legere potui, lineis subscriptis insignivi || 12 fin. mea|e Jamot, Perdrizet, me|e Mommsen || 16 SI lapis, corr. Mo. || 21 in. 'rennovatur' legendum esse fortissime affirmat Perdrizet (ut iam Wheler, cf. CIL III p. 1317 nr. 568), sed 'relinquatur' nequaquam in dubium vocari potest.

Nimirum exstat epistula proconsulis Decimii Secundini ad curatorem et defensorem Amphissensium, qui nomine non appellatur, data, id quod Hirschfeld *RE* I 1956 et Lerat l. c. non recte intellexerunt. — V. 1 Decimius Secundinus: 'Epocham non habeo quomodo accuratius definiam, nisi quod notabile est in legibus a. 409 (C. Th. 9, 2, 5. 11, 8, 3) defensores civitatium praeponi curatoribus et locum primum tenere inter magistratus municipales; haec autem epistula cum curatorem priore loco nominet, videtur referenda esse ad epocham vetustiorem et defensor intellegendus non qualem instituerunt quodammodo patroni oppidi loco imperatores Valentinianus et Valens a. 364, sed actor municipum. *Beatitudo temporis* in nummis lapidibusque incipit celebrari post Constantinum Magnum', Mommsen. Aliter iudicat E. Groag, *Die Reichsbeamten von Achaia in spätrömischer Zeit* (1946), 56, qui revera hic defensorem, qualis a. 364 institutus est, intellegendum atque propter dignitatem *vir clarissimus*, nondum *vir (clarissimus et) spectabilis* et nomen *Hesperius* (vide infra) titulum etiam ante exiens saeculum IV statuendum esse putat. 13 Hesperius: nomen rarum Seeckium secutus Groag l. c. aut ad filium poetae Ausonii Decimium Hilarianum Hesperium, proconsulem Africae 376, praefectum praetorio 377—380, aut ad nepotem Ausonii comitem Hesperium, cuius a. 385 mentio fit, referre cupit.

MANUMISSIONES

752 Lapis calcarius undique fractus a. et l. 0,18; anno 1933 Amphissae in domo Εὐθυμίου Νασοπούλου infra castellum. Litt. alt. c. 0,01, interv. vers. c. 0,004; ΑΜΠΣΩ. Ed. P. Perdrizet, *BCH* 19, 1895, 390 s. nr. 3 (IG IX 1, 1070); Lerat II 176 s. Lapidem contuli. *Ect.*

s. II² a. ἀ γ α θ [ᾶ τ ύ χ ᾳ · θ ε ο ί · ἐν Ἀμφίσσᾳ ἄρχον]-
τος Νικ̣[– – – τοῦ δεῖνος Ἀμφισσέος, θεοκολέοντος δὲ τῷ Ἀσ]-
κλαπιῷ Α[– – – τοῦ δεῖνος Ἀμφισσέος, μηνὸς – –, ἀπέδοτο]
Ἁρμυλίς, συ[νευδοκέοντος καὶ τοῦ – – αὐτᾶς τοῦ δεῖνος],
τῶι Ἀσκλα[πιῷ τῷ ἐν Ἀμφίσσᾳ σῶμα γυναικεῖον, ᾇ ὄνομα – –, ἐπ' ἐ]-
λευθερίᾳ τ[ιμᾶς ἀργυρίου μνᾶν – – καὶ τὰν τιμὰν ἀπέχει πᾶσαν].
παραμειν[άτω δὲ ἁ δεῖνα Ἁρμυλὶ ἔτεα – – ἀνεπικωλύτως πᾶν ποιοῦ]-
σα τὸ ἐπιτα[σσόμενον παρὰ Ἁρμυλίος· ἄρξει δὲ τῶν – – ἐτέων ὁ]
μὴν Ἐλευθ[έριος ὁ ἐν τᾷ ὠνᾷ· εἰ δέ τι πρὸ τῶν – – ἐτέων πάθοι Ἁρ]-
μυλίς, ἐλευθ[έρα ἔστω καὶ ἀνέφαπτος – – – – – – – ἐλευθε]-
ρίαν μηθεν[ὶ ποθήκουσα κατὰ μηθένα τρόπον. βεβαιωτὴρ – –]-
πων. τὰν ὠν[ὰν φυλάσσοντι –]
Τ . . . Ι ^ –

Suppl. exempli gratia vs. 1—6 Kla., 7—12 Lerat l. c., usi supplementis priorum editorum || 2 ΝΗ Perdrizet, ΝΙΚ̣ Kla. || 3 fin. Ἐλευθερίου, si v. 9 recte suppletus est || 4 συνευδοκέοντος καὶ τοῦ υἱοῦ, ἀνδρός, ἀδελφοῦ sim. || 7 ἀνεπικωλύτως cf. nr. 755 b_{11}. 756_5 || 8 vel ἄρχει τοῦ χρόνου, τᾶς παραμονᾶς || 9 in. vel Ἐλευθεριῶν ὁ ἐπὶ Νικ – – sim. || 9 fin. vel πρότερον.

V. 2 Fortasse supplendum Νικ[άρχου τοῦ Ἰόλα], qui a. 138/7 in munere fuit (*GDI* 2091), Lerat II 136. Formae litterarum sane consentire videntur. 4 Ἁρμυλίς· homonyma Amphissensis a. 194 a. Chr. Delphis manumisit (*GDI* 2122), Perdrizet. 9 Novum mensem Amphissensium, cui est nomen Ἐλευθέριος vel Ἐλευθεριών (utraque forma Halicarnassi exstat, cf. Syll.[3] 1044[33]), agnovit Lerat II 177.

Apparet hunc lapidem sicut lapides nr. 753—756, qui omnes inter se vicini sunt aut fuerunt, sacelli cuiusdam Aesculapii fuisse, quod in clivo meridionali antiquae arcis ʽπαρὰ τὰς σημερινὰς κρήνας τῆς πόλεως, τὰς καλουμένας „Πηγάδια" ʼ situm fuit. Probabiliter ibi manumissiones in analemmate quodam velut Delphis exaratae erant, cf. Keramopullos, Ἐφ. 1904, 137 ss., Lerat I 179.

---

753 Fragmentum lapidis angularis a. 0,19 utrimque inscriptum, sed litterae sinistri lateris fere evanidae; vidit anno 1899 Perdrizet Amphissae in domo Νικολάου Κόρδα infra castellum, ubi ipse frustra quaesivi. Litt. alt. 0,006; ΘΠΣ (Perdrizet). Ed. P. Perdrizet, *BCH* 23, 1899, 347 s.

s. II a. (?) [– – – – – ἀπέδοντο οἱ δεῖνες – – –]
. . ⁵. . τῶι [Ἀσκλαπιῶι τῶι ἐν Ἀμφίσσαι]
[σῶμα] οἰκ[ογενές, ὧι (ἇι) ὄνομα – – –]
καὶ ἄλλο σ[ῶμα – – ὧι (ἇι) ὄνομα – – –]
. . . τιμ[ᾶς ἀργυρίου μνᾶν – – καὶ ἀπέχον]-
[τι πᾶ]σαν τ[ὰν τιμὰν ὥστε εἶμεν αὐτοὺς]
ἐλευθέρου[ς καὶ ἀνεφάπτους καὶ ζών]-
των ἁμῶν α[. . . .ᶜ·⁸. . . καὶ ἀποθανόντων].
μάρτυροι Ἀντ – – – – – – – – – – – – – – – – – –.
[ἄρχ]ο⟨ν⟩τος [ἐν Ἀμφίσσαι τοῦ δεῖνος τοῦ]
. χα . . α⟨ν⟩τος [ἀπέδοτο ὁ δεῖνα, συνευ]-
δο⟨κε⟩όντων καὶ [– – – – –, τῶι Ἀσκ]-
[λ]απ[ιῶ]ι παιδάρι[ον, ὧι ὄνομα Νικ(?) – – τιμᾶς]
[ἀργυ]ρίου μ⟨ν⟩ᾶν [– – καὶ τὰν τιμὰν ἀπέχει]
[ὥστε εἶμ]εν Νικ(?) – – – – – – – – – – – – – –

